
... maria uirgine 7 homo factus est.



rucifixus etiã p no bis sub pontio pila to pass

7 sepultus est.



t resurrexit tercia di e se

Beroaldus, Phil

Declamatio an orator sit philosopho et medico .. et alia opuscula

Bologna, Benedictus Hectoris Faelli


cf. HC*2963, Cop. II 1005, Pell. 2218

Ashley 561.

# PHILIPPI BEROALDI OPVSCVLVM

Eruditum: Quo continentur Declamatio Philosophi Medici Oratoris De Excellẽtia disceptantiũ.

ET LIBELLVS de optimo statu: & principe.



AD Clarissimũ Paulũ Sidlouitiũ Scholasticũ Polonum Philippi Beroaldi Bononiẽsis Epistola.

P Ortiũ Catonẽ Tusculanũ illum: qui optimus orator/optimus senator/optimus imperator ẽ habitus: dicere solitũ ferant/Mẽsam eẽ amicitiaꝝ parẽtẽ & quãdã quasi cõciliatriculã. At quãto illi honestius/uerius/speciosius: q scholã amicoꝝ seminariũ: q litteras beniuolẽtiæ glutinũ dixere. Nimiꝝ illæ sunt uere diuturneq; amicitiæ: q̃ parãt̃ ĩ gymnasiis litteratoriis: q̃ ex studioꝝ similitudine ꝑueniũt. Ex hoc fonte amici mihi sexcenti fluxerũt: Ex hoc amicoꝝ columen & gẽma Minus Roscius deriuatus: quo nil elegãtius: qui cũ seria & ioca ut dicit̃: Qui eruditoꝝ nobilissimus/nobiliũ eruditissimus: Qui oĩum horaꝝ instar Pollionis Asinii dici meritissimo põt: Cuius amicicia iucũdissima ut peculiariter glorior ita maxime delector: quã spero sicut nũc oĩbꝯ notissima ẽ: Ita cognitã quoq; posteritati fore. Hic idẽ studioꝝ nexus: quo nihil tenacius: te mihi Paule uir clarissime copulationibus necessitudinis arctioribus deuinxit: qui iã sesquiannũ degis Bononię inter scholasticos transmontanos: ut nobilissimus sic amabilissimus: qui nõ magis tui ordinis hoĩbꝯ es gratus ob comitatẽ: q̃ nostratibꝯ ob moꝝ honestamẽta. In te oĩa sunt affatim cõgruẽtia claritudini familię: quæ apud Polemonios/uel ut a recẽtioribus corrigimur/apud Polonos nõ minus honorata

*Schola fons amicorum.* *Minus Roscius* (beside the lines "lã amicoꝝ seminariũ" to "xerũt: Ex hoc amicoꝝ columen")

*Claritas Sidlouitiorum.* (beside the last three lines)

q̃ clara iãdiu floruit/floretq; : Et ne ꝓauos atauosq; i pñtia ꝓcenseã pater tuus: Cui Stanislao nomẽ: ĩ maxima fuit: sicut par erat: apd̾ regẽ polonoꝝ existimatione: amplissimis honorib9 gestis: fidei sinceritate ꝓbatus: uitæ peritia moratus: preconio bonitatis ornatus. Et cũ cõsiliatores principũ prudẽtia cõprimis p̃ditos eẽ oporteat. Fuit pr̃ tuus dũ uiueret apd̾ Cardinalẽ polonũ primi noĩs cõsiliarius: ostẽdẽs nihil pri9 in oĩ uita eẽ cõsilio: plusq; sine doctrina prudentiã q̃ sine prudẽtia facere doctrinã. Quid dicã de numerosa fratrũ tuoꝝ cohorte: qui oẽs aulici sunt. Et cum sũmus honor sit/principi uel uni placuisse: hi apud principes in gratia sũt & existimatione: Ex qb9 Iacobus sacratissimo regi Alberto ẽ perq̃ iucundus: Cui ob fidẽ/thesauroꝝ regioꝝ mãdata custodia: quæ nisi integerrimo ꝓbatissimoq; haud temere cõmitti solet: Petrus uero mẽsæ regiæ structor ẽ & scindẽdorũ obsonioꝝ scius artifex. Quod qdẽ ministeriũ ĩ aula principali honorificũ haud dubie ẽ: idq; soli ĩgenuo & plane nobili iniũgit᷑. Idẽ reb9 bellicis p̃pollẽs nec in toga spernẽdus: pp qd̾ apud regẽ ĩtimus ẽ: Et aulicis purpuratisq; fere oĩb9 uenerabilis amabilisq;. Secũdũ hos Nicolai quoq; sũt uẽti ualde secũdi: necnõ & huic adoloscẽtulo aura principalis aspirat. Cæterũ ut hi apd̾ regẽ fauorabiles: sic apd̾ illustrissimũ regis fratrẽ Sigismũdũ Christophorus tecũ ĩ sinu ẽ. uterq; fouet᷑/uterq; diligit᷑. Nã Christophori prudẽtia singularis ac ĩgeniũ pñs effecerũt ut dignitate discopho

Pr̃is laus.

Fratres Aulici

Discophorus.

ri Cracouiẽſis peculiariter īſigneret̃:Quæ apd' uos
eſt oppido q̄ honorata ꝓuícia. Tu uero mi Paule ob
dexteritatẽ/ob eruditionẽ/ob bonitatẽ:meruiſti ut ei/
dẽ prícipi eẽs a ſecretis: Tu archigrãmate⁹:tu auricu
La⁹ pauli. larius illuſtriſſimi prícipis nũcuparis/Cãcellariũ uul
go noĩtãt. His de rebꝯ fit ut familia Sidlouitia tantæ
ſit auctoritatis exiſtimationiſq; apd' polonos:ut qui
emergere illic atq; eniteſcere cõcupiſcũt:hi ad Sidlo-
uitios fratres cõfugiãt: Vobiſq; dep̄catoribꝯ potiſſi-
mũ utant̃: Veniſti tu haud ita pridẽ ĩ gymnaſiũ no-
ſtrũ:ut nos latinos latialiter p̄ſonãtes audires: Vt do/
latorio latinitatis:ſi ulla eẽt lĩguæ aſp̄itas leuigaret̃.
Qđ adeo te delectat/detinet/paſcit:ut nõ ſolũ publi-
cas ſcholas frequẽs: Sed priuatĩ quoq; aliq̄d ſcitu di/
gnũ me docẽte cõtinẽter inaudias: Iamq; domus tua
facta eſt officina & cõciliabulũ politioris litteraturæ:
Ex hoc quotidiano docẽdi/diſcẽdiq; cõmertio beni-
uolẽtia ĩter nos uberior adoleuit:hac aurẽ uellicante
cõmonitus libellũ hũc tibi Paule Vir clariſſime noĩa
tim dedicaui:ut monumẽtũ ſit mei erga te amoris ſẽ
piternũ:ut abſens ĩ p̄ria hæc ĩteruiſens Philippũ tuũ
ſubĩde recorderis. Materia ẽ opinor nõ ĩdigna cogni
tu nec triuialiter ꝓtrita:Cuius uarietas multiiuga le/
ctorẽ oblectare/nec minus ĩſtituere poſſit: Et te p̄ſer
tim:Cui oĩa q̄liacũq; mea ꝓbant̃: Sed iã plege q̄ſo
controuerſiã triũ fratrũ/neq; illepidã/neq; ineruditã:
Mox de optimo ſtatu libellũ plecturus: Vale decus
ſcholaſticorum:& dilge doctorem.

## PHILIPPI BEROALDI DECLAMATIO AN ORATOR SIT PHILOSOPHO ET MEDICO ANTEPONENDVS.

m AGNA AC VENERABILIS res eſt eloquentia Viri ornatiſſimi. Cuius bono nihil preſtabilius: Cuius beneficio fit:ut tantõ hominibus ipſis preſtẽt eloquentes: Quanto homines cæteris animantibus antecellunt: hoc cunctis ſatis liquet:hoc preconio omnium atq; conſenſu celebratiſſimũ:hoc noſtra quoq; oratione iãpridem edita teſtatũ eſt. Attamen hodierno die Philippicas. M. Tulli ſiue Antonianas auſpicaturus exiſtimaui me facturum operęprecium:ſi ritu ſcholaſtico paulũ rhetoricarer:Et declamatoria dictione pręluderem: Quod ut commodius fiat unam de ſchola Priſcorum declamatorum controuerſiam pertractabo:Daboq; operam ut cõditurę noſtrę cõcinnataq; edulia faciant ad ſtomachũ:ut quæ a me dicent̃ ea & animos foueant:& aures permulceãt. Sed ut lõgas prefationes recidamus rem ipſam ingrediemur. Quod dũ fit uos quæſo diligẽter ac libẽter attẽdite.

Argumentum.

p Ater qui tres liberos habebat:philoſophum, medicum, oratorem:moriens teſtamento eũ

heredē fecit qui esset utilissimus ciuitati: post mortē patris contendunt tres fratres: cui hereditas paterna cedere debeat. Primus philosophus corā iudicibus agit causam: a quo cum alia tum hæc dicuntur.

Declamatio.

d Emiror iudices cuipiam mortalium dubium uideri: Cui ex tribus fratribus potius paterna bona sint adiudicāda: Cum

Laus philosophię. philosophia sit Regina cunctarum disciplinarum. Quam. M. Tullius inuentum deorum. Plato uero donum deorū esse tradiderunt. Quo bono/ut ipsius Platonis uerbis utar/nihil unquam maius mortalibus datū est a diis nec unquam dabitur: Hæc est uitæ lex/uirtutum indagatrix: uitiorum expultrix. lumen legum/magistra morum. Rerum elementariarum exploratrix. Cœli & mundi contemplatrix: qui in altitudinis studio etiā cœlo ipso sublimiora quæpiam uestigat. Et ut inquit platonicus Apuleius. In extimo mundi tergo degit: Hac internuncia homines deo cognati & proximi imo ut uerius loquar dii terreni efficiuntur. Quid per deos īmortales excellētius sacratissima illa philosophia: quę supra hanc caliginē/in qua uolutamur excedens/docet quid agatur in cœlo: Meritoq; Seneca philosophorum sincerissimus sanctissimusq;: Cui utiq; credi cōuenit. Naturę rerum gratias agit: cum secretiora eius ingressus discit quæ uniuersi materia sit: quid sit deus. totus in

Philosophia naturalis & Theologica.

ſe intenderit/An ad nos aliquando reſpiciat : faciat quottidie aliquid. An ſemel fecerit:pars mūdi ſit an mūdus:An mūdi aīa:an potius opifex & factitator: liceat ne illi ex lege fatoꝝ aliquid derogare/An maieſtatis diminutio & erroris cōfeſſio ſit mutāda feciſſe. Ad hæc nulla res magis diſcuſſerit caliginem illam nebulæ craſſiſſimam : quæ ut duo poetaꝝ clariſſimi prodiderunt/ obtutus mortalium hebetat/menteſq; obducit oppāſo ignorationis uelamento. Quid porro utilius illa altera philoſophiæ parte. Quā partim ethicen:partim mortalē apellitāt:quę maxime ad homines ſpectat:quæ docet qd ī terris agēdū ſit. Et errores noſtros diſcutit:Quæ urbes pepit/ Diſſipatos hoīes ī ſocietatē uitæ cōuocauit:Res pu. bene moratas inſtituit. Vnde nō īmerito ſectatores philoſophię ubiq; gentiū philoſophos nominitant noīe.ſ. ſancto & religioſo quaſi ſolos ſapiētiæ ſtudioſos: Qui ante Pythagoram ſophi id eſt ſapientes & habebantur & nominabātur. Quid quod & philoſophus medicus eſt:Cū philoſophia ut inquit Arpinas orator ſit animorum medicina:Quod & Galenus quoq; teſtatur:Cum autem morbi pernitioſiores plureſq; ſint animi q̄ corporis:præſtantior haud dubie eſt philoſophus:qui grauioribus morbis medelas ac fomenta ſalutariter apponit:qui deniq; tanto eſt q̄ corporis medicus nobilior utiliorq;:quanto animus corpore eſt precioſior. Quin etiam philoſophus Orator eſt.

Caligo hebetatrix. mentis.

Ethice Moralis.

Philoſophus ſapientię ſtudioſus.

Philoſophus medicus.

Philoſophia aīoꝝ medicina

Philoſophus orator.

unde enim uis & silua dicendi nisi ex scholis philosophorũ ducta est? Unde riui eloquentiæ nisi ex fontibus philosophiæ deriuati? Huc adde q᷈d dialectice idest disputatoria siue disputatrix philosophorũ est: quæ rhetoricæ prope germana est: In tantum ut Zeno dialecticen manui in manum compressæ: Rhetoricen uero explicatæ similem esse tradiderit: Quid ꝑ deos immortales hac tripartita philosophia præstabilius/quid utilius esse ac dici potest? Cuius una pars rerũ naturam scrutatur/altera componit animum & mores: tertia structuram uerborum exigit & argumẽtationes: Ipsum porro philosophię uocabulum quid aliud significat q̃ amorem studiumq; sapientiæ: quo quid melius? Cuius germana ẽ philocalia quę amor pulchritudinis interpretatur: tanq̃ sine philosophia pulchritudo esse non possit. Cæterum ut semel finiã. Philosophus hoc est sapiens est omnia: Et ut inquit ille. Vno minor est Ioue/diues/liber/honoratus/pulcher. rex deniq; regum. In tanta apud Priscos extimatione ac reuerentia habiti philosophi. ut Platoni sapiẽtiæ Antistiti Dionysius tyrannus uittatam nauem obuiam miserit: Ipse quadrigis albis egredientem in littore exceperit: ut Alexander magnus Aristotelis philosophorũ doctissimi patriam restituerit in honorem Pręceptoris: Cui se nõ minus debere q̃ Philippo parenti profitebatur: ut Pythagorã Crotoniatę ac Metapontini pro deo colerent: & ex eius do

Dialectica.
Disputatoria.
Scitũ Zenonis.
Philocalia germana philosophiæ.
In ueneratiõe philosophi.
Dionysius Platonẽ honorat.
Pythagoras ꝑ deo

mo templũ facerent: Qui in tanta fuit admiratione: ut qui præsentia illius frui meruissent: id perscriberent ad suos: tanq̃ magnum quiddam ac præclarum adepti forent: quod Pythagoram uidissent. Nunc quoq; uos o iudices reueriti nomẽ philosophi sacrasanctũ ac uenerabile/philosopho mihi bona paterna ut par est/adiudicate: & sentẽtia uestra decernite: Cum uoluntas patris hoc uoluerit: Cum sensus cõmunis hoc diiudicet: Cum excellẽtia doctrinæ quã profiteor/hoc peculiariter deposcat. Dixi.

Audistis hactenus uiri clarissimi: quę ex philosophi p̃sona ĩ petitione hereditatis paternę dicta sunt: nũc quæso audite attẽtis aĩs & auribus: quæ secũdo loco medicus egerit: Qui causæ suæ patrocinatus ẽ patrocinio huiusce uel consimilis orationis.

Disceptatio est iudices inter nos non quæ ex nostris sit ars speciosissima: Sed quæ ciuitati utilissima: Quæritur quis ex nobis plus mortalibus prosit: Quis nescit medicum ad omnes totius ciuitatis ordines: Ad omnem sexum: Ad omnem ætatem pertinere: Cum summatibus infimatibus uiris/fœminis/senibus/pueris/ęgrotare contingat: Cum omnes ex hoc utilitatem indiscriminatim petant: Meritoq; dici potest medicum rem cõmunem terrarum esse. Et mehercles si uera dispicimus/si curiose cuncta perpendimus/sola medicina soloq; medico opus est omnibus: Medicina est quæ una contra fata depu-

Vtilitas ex medico.

Medicus res cõis.

Laus medicinæ.

gnat eaq; identidẽ expugnat: quæ languentibus uitã prorogat: quæ iã deploratos/ iam defletos/iam in familia orci numeratos/luci auræq; uitali persæpe restituit: mũltiq; medicinæ opera reuixisse creduntur: Et ne fabulas percenseam: quæ ab Esculapio Hippolytum & Tyndaridam ad uitam reuocatos ferũt: Nõne Asclepiades inter medicos famigerabilis argumentum huiusce rei uel potẽtissimum est: qui homini iam conclamato depositoq; dum effertur fatũ attulit: Cuius animam in corporis latibulis delitescẽtem euocauit: eumq; ab inferis post liminio prope funeratum domum rettulit. Huc adde qđ huic arti tãtum honoris tribuere maiores/ut diis inuẽtores suos assignauerint/cœloq; dicauerint: Apollinem/Esculapiumq; prodendo: quem ob id Archiatrum quasi principem medicorum dixit Antiquitas: Et profecto medicina res est sacra: Et ut Solomonis sapientia testat᷑/omnis medela a deo est. Ideoq; saluberrime sapientissimus ille præcepit medicum honorandum esse propter necessitatem: Cum illum altissimus creuearit: Quod autem philosophus frater gloriatus est philosophos prisco seculo honoratissimos extitisse apud reges: ne in hac quoq; parte illi utiq; cesserim: cum medicos acceperimus prope cultos ad deorũ uicem: Nãq; Hippocrates ille maximus medicorũ ob depulsam arte medica pestilentiã ex illirico in gręciã ueniẽtẽ: honores illos meruit a gręcis/quos

Defunctus ab Asclepiade reuocatus.

Archiatrus æsculapius.

Herculi decreuerũt: qua ĩ re subit mẽtẽ illud Galeni ex libro theriaces/ queadmodũ. s. iussit diuinus Hippocrates ignes fieri medicatos odoramẽtis & suauecolẽtibus unguẽtis pfusos: ut ita aer tabificus emacularet/ fieretq; ĩ attrahẽdo ĩnocẽtior sinceriorq;: Qđ ĩ pestilẽtia factitãdũ Auicẽna quoq; p̃cepit. Quid Asclepiades idẽ ĩter medicos priscos (Hippocratẽ semper excipio) facile prĩceps/ nõne uniuersũ ꝑpe humanũ genus circũegit ĩ se se: nõ alio mõ q̃ si e cœlo emissus aduenisset: qnq; res maxĩe cõmuniũ auxilioꝶ ꝓfessus. Abstinẽtia cibi/ uini/ frictionẽ corporis/ ambulationẽ/ gestationẽq;: q expetitus a maxĩo regũ mithridate legatos illi9 ad se missos pollicitatiões q; ĩgẽtes spreuit posthabuitq; quieti lr̃aꝶ. Critobolus quoq; & Erasistratus habiti sũt ĩ maxĩa apđ reges maxĩos existimatiõe: cũ alter Philippũ Alexãdri patrẽ/ alter Anthiochũ syrię regẽ solerti curatiõe sanassẽt. Quid multa: cũ sanitate nihil utili9 sit mortalibꝰ/ qđ Galenus quoq; asserit/ ĩ libro hereseõ. i. sectaꝶ. Medicina ãt cũ sanitatẽ p̃stet liqdo colligim9 medicũ & philosopho & oratorẽ lõge utiliorẽ eẽ ciuitati: qđ si philosophia aĩ medicina dicit̃: medicina quoq; corporꝶ philosophia rite phibet̃: cui9 adiumẽta ĩfirmitas hoĩum aduocat: & cõtinuo ubi ęgritudo ĩuasit solatia medici reqrit/ philosophis oratoribusq; posthabitis: in qbꝰ nullæ suppetiæ salutares nulla sunt adminicula languentium: Quibus prę̨sto est medicus: & remediis

Odoramẽta aduersus pestilentiã.

Sanitate nil utilius

Medicĩa corporũ philosophia.

A v

præsentissimis opitulatur. proinde iurisconsulti medicos professoribus Studiorum liberalium merito anteponunt. Cum hi salutem hominum agant: Illi studiorum curam. quid nunc ego enumerem medicinæ partes: quas omnis sacras ac salutares puto: Dieteticam quæ uictu/pharmaceuticam: quæ medicamētis: Chirurgicam/quæ manu curat: Ex quo fit ut qui medicinæ utilitatem non uidet/Is non ut luscioſus sed ut exoculatus nihil prorsus uideat. Quo circa iudices/si utilitati publicæ consulitis/si medicū in ciuitate utilissimum esse cognoscitis/mihi qui saluberrimam artium utilissimamq; profiteor hereditatem paternam assignatote. Dixi.

Dietetica
Pharmaceutica.
Chirurgica.

Audistis uiri spectatissimi: quæ philosophus: quę post philosophum medicus dixerint in causa adipiscendæ paternæ hereditatis: nunc sedulo auscultate: atq; animum aduertite: & ea qua soletis comitate pēpendite: quid nouissimo loco dixerit orator: Erunt opinor hæc/nec iniucunda relatu/nec ingrata auditu/nec indigna cognitu: sic autem Oratorem causam suam egisse creditote.

Nunq̄ magis iudices sensi quanta sit oratoriæ facultatis uis atq; excellentia: quam hodierno die/dū fratres audio non ex instrumento philosophiæ: aut medicinæ: sed ex Oratoria supellectile instructos causam actitasse: Adeo sua philosopho philosophia/medico medicina nihil opis in agenda causa præsti-

tere: Quin muti pene conticuissent nisi ad eloquentiæ nostræ adminicula confugissent: sine cuius nitore philosophia sordescit: medicina obsolescit. Disciplinæ omnes incultæ rubiginant. Adeo necessaria ẽ atq; conducibilis omnibus omnium ingenuarũ doctrinarum professoribus eloquentia: Cuius utilitati maiestatiq; nihil (absit uerbo inuidia) est comparandum: Et quia mihi primũ cũ fratre philosopho agẽdum est: An ego philosophiam cum oratoria: philosophum cum oratore contẽdam: Parcius tecũ agere cogor & mitius quia frater es: sed tamen qđ inter nos dictũ sit ista tua p̄clara philosophia quam gloriose iactas mi frater: & tanq̃ filiolã exoscularis nequaq̃ tanti est: quãti eam uideri uis: nec tam in philosophia studium sapientiæ est q̃ opinatio: Nam cũ sciẽtia certi sit/opinatio incerti: scholæ philosophoꝶ omniũ ac sectę dũ philosophantur haud dubie opinantur: Id.n.opinatur quisq; qđ nescit: Illi autẽ qui de rebus naturalibus & cœlestibus disputant opinione educunt: Cum ueritas demersa in secretariis naturæ delitescat: hinc philosophos a scriptoribus luculentis opinatores/opiniosos/opiniosissimos dici nouimus. Vnde aũt q̃so nisi ex opinatione tot dissidia tot compugnationes philosophoꝶ emanarũt/tot sectæ discordantes. Dicam.n.nõ obstrigilandi cã sed quia ita res se habet. Pugnãt philosophi inter se atq; dissentiunt dissidio nõ paruo magnis in rebus & se-

Aduersus philosophum.

Opiniosi philosophi.

Thales. riis:Quidã principiũ rerũ eẽ autumãt/aquã:ut Thales Milesi9.Alii ignẽ/ut Heraclitus cognomẽto scotinus.i.tenebricosus. Quidã aera/ut Anaximenes: Pythagoras uero/ Empedocles/ Epicarmus/ Aliiq; Physici cõplusculi q̃ttuor elemẽta principiũ rerũ eẽ posuerũt:Plato deũ factitatorẽ mũdi esse tradit.Aristoteles mũdũ ĩnatũ eẽ autumat.Epicurus/Democritus/Leucippus ex atomis hoc ẽ corpusculis ĩsecabilibus mũdũ formatũ eẽ cõtendũt.Preterea de deo/de aĩa/de finibꝫ bonoꝝ/de meteoris:inter philosophos nõ cõstat:Quidã deos ĩnumeros/qdã nullũ eẽ crediderunt:Platonici unũ qdẽ curantẽ rerũ.At Epicurei ociosum & ĩexercitũ.Stoici deũ extrĩsecus figuli mõ torquẽtẽ hãc mũdi molẽ eẽ ꝓdiderũt.Platonici ĩtra mũdũ:ut gubernatoris exẽplo/ĩtra illud maneat qđ regat.Sũt q ĩ fortunæ iã lapsibus oĩa ponãt:& nullo credãt mũdũ rectore moueri:natura uoluẽte uices & lucis & anni.qdam curã deoꝝ intra sydera cõtinent: Nõnulli diuinã ꝓuidẽtiã ad lunã usq; deducũt:tãq̃ irridẽdũ sit agere curã reꝝ humanaꝝ illud qcqd ẽ sũmũ:atq; indecoꝝ sit dei maiestatẽ pollui tã multiplici sordidoq; ministerio:Quãta dii boni de aĩa inter philosophos pugna? Plato ait aĩam esse substãtiam αυτοκοιμητου.i.se mouẽtem:Xenocrates numerũ: Aristoteles/Entelechiã:Pythagoras & Philolaus & Aristoxenus/harmoniã:Possidonius/ideam:Hippocrates/spiritum tenuẽ per corpus omne dispersum.

Mundus ex atomis

De deo.

De anĩa opiniones

Origenes adamantius/ſubſtantiã ſenſibilẽ & mobilem: Hipparchus & Zeno/ignẽ: Anaximenes/aera: Empedocles/ſuffuſum cordi ſanguinem: Democritus/ex atomis conflatã. Dicearchus uero nullũ eſſe animũ nullã animã: fruſtraq; & animalia & animantes appellari: Alii æternã: Alii mortalẽ animã diſſolubilemq; eſſe cõtendunt. Eccleſiaſticoꝵ quoq; ſuper eadẽ re eſt diſſidiũ: Alii ab origine mundi factas in cęlo aĩas: Alii ex traduce ꝓpagari: Alii deũ quotidie aĩas operari tradũt: Q đ & xp̃ianũ dogma cõfirmat. Hæc & id genus alia: tã uaria tã diſſidẽtia cum lego quo me uertã? quẽ ſequar? cui credã? ſuccurrit illud Oratianũ: Bellua multoꝵ capitũ es: Nã quid ſequar aut quẽ. Merito dixit Lactantius/de aĩa inter philoſophos nondũ cõuenit: nec unq̃ fortaſſe cõueniet: & a Lucretio decenter & uere dictũ eſt. Ignorat̃ .n. quę ſit natura aĩę. Eadẽ fere cõtentio ẽ circa fines bonoꝵ: cum alii in uoluptate ut Ariſtippus: Alii ĩ uirtute/ut Zeno: Alii ĩ primis naturę. Quæ græci τα πρωτα φυσεωσ. Auguſtinus & Varro primigenia uocãt: ut Carneades. Alii ĩ ĩdolẽtia: ut Hieronymus Rhodius ſummũ bonum collocauerint: Peripatetici ex triplici genere bonorũ: animi. ſ. & corporis atq; externis felicitatẽ metiũt̃. nec multo ſecus Academici: uoluptatẽ cũ honeſtate Dinomachus & Calipho copularunt: indolentiã: quæ græce αναλγησια dicitur honeſtati Diodorus ſtoicus adiunxit. Quid dicã de rebus na-

Origenes

Natura aĩæ ignoratur.

De finibus bonorum

αναλγησια.

Meteorologi. turalibus quanta ſit inter Meteorologos diſparili-
tas atq; diſſenſio: De cometis: De fulminibus: De ar
cu cœleſti: De niloticis incrementis non conſtat:
Quid multa? De motu terræ/& ut inquit Poeta. Vn
de tremor terris/& qua ui maria alta tumeſcant: obii
cibus ruptis. Sunt philoſophi inter ſe diſcrepantiſſi
mi. Et in hac re uel ſola oppido q̃ mira inconſtantia
Cauſæ motus terræ multiplices. eſt: Namq; Anaxagoras ignem cauſam motus exi-
ſtimat. Anaximenes terrã ipſam ſibipſi eſſe cauſam
motus nec extrinſecus incurrere qd' illam impellat:
ſed intus ipſam illidi in ſemet ipſam. Quidã motũ
aquæ imputauere ut Thales Mileſius: Democritus
uero motũ fieri autumat/aliquando ſpiritu/aliquan-
do aqua/aliquãdo utroq;: Ariſtoteles: Albertus ma-
gnus: & omnis peripateticorum ſchola ſpiritum ac
uentos/Cauſam eſſe motus terrę alacriter affirmant:
Cui ſententiæ Plinius noſter & Seneca ſubſcribunt:
Ex hoc tam multiplici diſſidio ex tanta philoſopho
ακαταληψια. Incóprehenſibilitas. rum diſcordia haud dubie fit ut incertus ſim quibus
credam/quibus accedam/Cuius ſectæ me candida-
tum eſſe ꝓfitear: Quicquid elegero plurimos uideo
improbaturos: quicquid probauero plures negatu-
ros. ut inter tot ambigua illud tantum Socraticum
απορρητικοι. Academici mihi certum uerũq; eſſe uideatur: Hoc ſcio ꝙ neſcio
Inde fit ut Academicorũ ακαταληψιαν. i. incópre-
hẽſibilitatẽ minime ĩprobẽ: q nulli rei aſſentiẽdũ eẽ
contẽdũt: q ob id σκεπτικοι και απορριτικοι ideſt

considerators & ambigentes dicuntur. Meritoq; Proteus personam ueritatis sustinere creditus: quam obtinere nemo pōt falsis imaginibus illudentem & comprehēsionis nodos relaxantē. Ad hæc adde q; philosophos irreligiosos putant. Eosq; ferme arbitrari deos non esse: Dum meras rerum causas & simplices rimantur. Ex hac opinor incōcinnitate dissidiisq; sectarum factum fuit olim uetus Senatuscōsultum: Quo philosophi ex urbe Roma pulsi sunt perinde ac inutiles atq; infructuosi. Mox iterum Domitiano imperāte exacti ex urbe & Italia īterdicti. Vt semel finiam proopsitum fratris demiror inhiātis paterna bona: Cum philosophus si Platoni credimus: Cui utiq; in re philosophica credi conuenit: minime sit philochrematos idest pecuniæ cupidus. Immo cōtemptor diuitiarū: Quo circa desiste frater moneo a petitione hereditaria/ne ab īstituto sectæ tuæ deflexisse uidearis. & uitæ contrarius ire priori. Nihil enim habet philosophia præstātius q̄ q; modicis cōtenta ampliores opes non desiderat: Vnde fit ut cōditores legum philosophos professorū numero non habeant: Quia hoc primum eos profiteri oporteat mercenariam operam spernere: hæc satis ad philosophum: qui nimis urgeri iam uidetur & cōmoueri uera castigatione commonitus. Transeamus deinceps ad medicum: quem intelligo fiducia medicinæ ad hanc causam oppido q̄ fidenter descendisse: Cuius

Proteus typus ueritatis.

Philosophi irreligiosi.

Philosophi ex urbe eiecti.

Philosophus non philochrematos.

Philosophia contenta modico.

Cõtra medicos.

Origo morbo℞.

Hyppo-

Spiritus morbo℞ pr̃ & au9

Erasistratus.

Asclepiades.

Stomachus pr̃fa milias.

Calore cibos cõcoqui.

ars haud quaq̃ philosophię absimilis ẽ.uidelicet uaria.inconstans.interpollis.Et non parum sæpe pernitiosa:quam ut in uestibulo disertationis statim repercutiã eleuẽq;:Nonne inter medicos propẽ maior q̃ inter philosophos pugna est atq; contentio? Qui in diuersas curandi uias processerũt:Hippocrati causa morbi originalis uidetur esse in spiritu siue flatu: quem morborum omnium patrem & auum appellat:Herophilo in humidis omne uitium uisum est: Erasistrato si sanguis in arterias hoc est uenas : quæ spiritui accommodatæ sunt:Quas recentiores medici pulsatiles nominant/transfunditur:Asclepiadi uero placuit originem ęgritudinũ esse si manantia corpuscula per inuisibilia foramina subsistẽdo iter claudant & meatus obturent.Ad hæc cum ciborum cõcoctione maxime sanitas constet:Meritoq; stomachus paterfamilias & rex totius corporis in homine dicatur:In hac quoq; parte discrepãtissimi sunt.Erasistratus enim cibos atteri in uentre contendit : Plistonicus putrescere:Hippocrati placet per calorem cibos concoqui:Quod Galenus:Auicenna:& medicorum neotericorum scholæ confirmant : Asclepiades uero nihil cõcoqui autumat:sed crudam materiam sicut assumpta est in corpus omne diduci : Huc adde quod alii medicinam dicunt esse rationalem:Alii in usu tantum & experimentis eam posuerunt:perinde ac usus in curationibus sicut in cæteris

omnibus artibus sit magister efficacissimus: Vnde logici quidam quasi rationales dicti: Quidam ab experimentis empirici ut Serapion & Apollonius & Heraclides. Sunt & Methodici a uia quadam quã sequũtur nominati. Ob hoc dixit Ausonius in gryppo ternario. Triplicem esse medicinam illo uersu. Triplex quoq; forma medendi: quæ logos & methodos cuiq; experientia nomen: Sunt & dogmatici quibus sunt sua decreta seu placita sine quibus nulla secta consistere potest: hos maxime probat Galenus: a quo Empirici improbantur: qui ait Herophilum & Philippum imprimis Empirices idest experientiæ sectatores extitisse: Cũ Hippocrates & Diocles Caristius & Herasistratus logicẽ heresin. i. rationalẽ sectã sectati sint: Methodices uero principes fuerunt, Archigenes, & Themison. De qbꝰ opinor sensit Satyrographus scribens. Aduocat Archigenen onerosaq; pallia iactat: Itẽ quot Themison ęgros autũno occiderit uno: Fuit & Prodicus selymbriæ natus: q ĩstituit Iatralepticen. i. unctoriã medicinã. hinc innumerę sectę fluxerũt. Dogmata ĩfinita: sẽtẽtiæ multiplices. hĩc illę circa ęgros miserę cõcertationes, nullo idẽ censente ne uideatur assertio alterius. hinc illa infelicis monumenti inscriptio. turba medicorũ se periisse. Et Adrianus imperator: ut auctor est Dion moriẽs dixit: Medicorꝫ turba prĩcipẽ pdit: cui cõcinnit uersiculus ille apđ græcos uice puerbii cele

Vsus magister efficax. Logici. Empirici Methodici. Triplex medicina

Hippocrates logicus. Archigenes Methodicus. Themisõ Iatraleptice. Turba mdicorũ peri.

bratus πολλων ιατρων εισοδοσ μαπολεσεν.
ideſt multorum medicorum introitus me perdidit.
Pliniana peroratio in medicos.
Nequeo mihi tẽperare quominus Pliniana illa perceſeam ad hoc totum negocium mire faciẽtia: quibus lucuлẽtus ille ſcriptor in medicos perorans aſſerit nullam artem medicina inconſtantiorẽ fuiſſe: nec dubium eſſe medicos omnis ſcientiæ famam nouitate aliqua aucupantes animas noſtras ſtatim negociari: diſcunt periculis noſtris: & experimenta p mortes agunt: medicoq; tãtum hominem occidiſſe ſumma impunitas eſt: quinĩmo tranſit in conuitium: & intemperãtia culpatur: Quod ſi lex ulla extaret: quę puniret inſcitiam capitalem: oppido q̃ paucos uideres medicinæ profeſſores. prouerbiale illud ſat notum: Tituli medicorum remedia habẽt pyxides uenena. hinc ille Lacon medico dicenti nihil habes mali: ουγαρ σοι εφη ιατρω χρωμαι. Non enim inquit te medico utor: Et iterum cum medicus dixiſſet γερων γεγονασ .i. ſenex factus es: διοτι ειπερ ουκ εχρησαμην σοι ιατρω. Quoniam inquit non uſus ſum te medico. At qui dicet quiſpiã uidemus quottidie multos morbis grauiſſimis acutiſſimiſq; implicitos auxilio medicorum conualuiſſe: Quibus reſponderi breuiter poſſit illud Auſonii: Euaſit fati ope non medici: Contra plures uideas occumbere q̃ ſaneſcere: Quibus medici: qui habentur clariſſimi medicorum nihil profuere. Præterea millia gen-

Tituli remedia. Pyxides uenena. Dictũ laconis.

tium olim fuerunt. & in præsentia sunt sine medicis degẽtium. Nos uero aliena opera uiuimus. Alienis pedibus ambulamus: Alienis promissis credimus. Quod nisi iam ad finem mea festinaret oratio. Ostẽdere possemq̃ multa sunt nomina rerum medicatarum apud Galenum/Auicennam/aliosq; medicorũ celeberrimos male intellecta/peius tradita/pessime usurpata. In quibus cum dispendio uitæ mortalium recentiores hallucinantur: Et aliud pro alio propinantes sæpe dant mortiferam potionem pro salutifera: Quas ob res liquido colligimus o frater medice disciplinam tuam quã tu iactanticulus tantopere extollis non tam utilem esse ciuitati q̃ detrimentosam: Salubriterq; Portius Cato creditur medicis interdixisse: Cuius oraculo cludam hanc de medicis disputationem. Sunt autẽ Catonis uerba hęc: Quãdocunq; gens ista suas litteras dabit omnia corrumpet: Tunc etiam magis si medicos suos huc mittet.

Error recẽtiorũ in reb9 medicis.

Cato in medicos.

Hæc autem omnia in philosophos & medicos inflãmanter satis perorata: Nemo uestrum uiri clarissimi quæso perinde dicta accipiat arq; si ex persona mea dicerentur: Absit enim a me talis insectatio: sed tanq̃ ex persona oratoris agentis causam aduersus fratres. Alterum philosophum: Alterum medicum: qui cum diluerit eleuaueritq; fraternas professiones oratoriam disciplinam & oratoris nomen ualentissime tutatus est: Vt. s. dixerit non solum illa omnium

Exorabula iudicũ. iudicum exorabula: quæ a nobis dici & solẽt/& possunt: sed multis quoq; adminiculis fulserit/ roborauerit/erexerit causam eloquentiæ: quæ ad præsens omitto: Illa tãtũ rettulisse cõtẽtus: q̇d expaciatus orator per latissimos rhetorices campos talia subiunxit.

Quod eloquẽtia inq̄t o iudices una de sũmis uirtutibus sit ciuitatiq; utilissima/adeo clarũ/adeo ĩ confesso est/ut probatione non egeat. Nam cum Orator finiatur/uir bonus dicendi peritus: rhetorice uero benedicendi scientia/utilẽ esse eã confitendũ est: Quæ bonitate constat/elegantia pollet/nitore splendescit: Cuius ope & opera præclara omnia fiunt & magna: Equidẽ cõditores urbiũ/non tã philosophica doctrina: q̄ elegantia oratoria & illicio facundiæ pellexerũt dispalatos homines ad ciuilitatem politicamq; uiuẽdi rationem: Consimiliter constitutores legũ quibus nihil pene emuncius/limatius/& sententiosum magis/adminiculati fulturis eloquentiæ/leges saluberrimas eloquentissimasq; cõdidere: quas mox interpretes interpretamentis barbaris fedauerunt: formatores quoq; rerum publicarum: Imperatores bellicorum exercituum/regere cõsiliis/& moderari res magnas sine docta uoce & oratoris ui haud quaq̄ potuissent. Deniq; scriptores fere omnes in omni doctrinarum genere uel eminentissimi sine pigmentis oratoriis sine dolatorio rhetorico statim lectori nau-

Orator uir bon9.

Illiciũ facundiæ.

Conditores legũ Oratores

ſeam faciunt & bilem mouent. adeo ſcriptio omnis citra elegãtiã eſt proxima faſtidio/tantãq; uim habet illa a Poeta priſci ſeculi dicta flexamina atq; omniũ regina rerum oratio. Merito apud Romanos: qua re publica nulla unquam maior: nulla ſanctior/ nulla bonis exemplis ditior extitit/ſumma ſemper oratoribus dignitas fuit: Et auctor eſt Cornelius Tacitus: nullus magnam potentiam ſine eloquentia eſt conſequutus: Quod ut de aliis taceam/nonne. M. Tullius ille orandi regula & dicendi lex: Cuius ingenium Romano imperio par fuit: qui latinæ facundiæ pomerium promouit: ad conſulatum uſq; ampliſſimamq; dignitatem ex humilitate natalium & loci euectus eſt: Quo quid utilius in Romana republica excogitari poteſt? Quo ſuadente legem Agrariam hoc eſt alimenta abdicarunt Romanæ tribus: Cuius linguæ fulmen Catilinæ infregit audaciam: & ipſum proſcripſit Antonium: Cuius nomine ſupplicationes a Senatu decretæ ſunt. Qui maximus honor uictoribus bello ducibus datur: Qui togato ante Ciceronẽ habit9 ẽ nemini: Demoſthenẽ quoq; admirabat̃ græcia: obſeruabat rex pſaꝝ: & plurimus de eo apud Philippũ ſermo hẽbat̃: cuius gloria tã celebris tam p ora omniũ uolitans extitit: ut Anicula aquã ferens ita inſuſurauerit alteri: ουτοσ εστι Δημοσθενησ: hic ẽ ille Demoſthenes: & olim Gorgiæ Rhetori leontino a Græcia Delphis ſoli ſtatua non

Scriptio ſine eloquentia inſuauis.

Summa oratoribꝫ dignitas.

Ingeniũ tullii par R. impio

Supplicationeſ ĩ toga Ciceroni.

Hic ẽ Demoſthenes.

inaurata: sed aurea dedicata: Tantus honos habebatur oratorię artis professoribus: In homine precipue duo sunt, Ratio, & Oratio; Vnde ab Apuleio homines finiuntur ratione plaudentes, oratione pollẽtes: Sed ratio sine oratione prope mutila est & manca: Quare si nihil ab illo parente rerum fabricatoreq; mundi deo melius oratione accepimus: si utilissimum esse nemo non nouit eloquentia pollere: senatum, populum, exercitum, mortales omnes in quæ uelit orator ducere: si uiribus orandi tantum assequi potest ut fulgere, fulminare, tonare: quod pericli contigit, uideatur orator. Pronunciate iudices pro oratore & secundum me litem date: & ut qui orator ad uos uenerim: habeam a uobis exorator efficiete: ut si rhetorice est persuadendi opifex ac suadæ medulla: uidear apud uos persuasibiliter dixisse: siue. n. persuadere siue bene dicere finis est: & summum in oratore: utrũq; id munus impleuisse uidebor si uoti compos ex sentẽtia uestra ac pronunciatione discessero. Dixi.

Ratio sine oratione mãca.

Fulmíare Pericles. Tonare.

Credibile est, post peroratam a tribus fratribus coram iudices ipsos concordi consensu omnibus sentẽtiis pronunciasse pro oratore: illiq; adiudicasse paternam hereditatem.

FINIS.

# PHILIPPI BEROADI LIBELLVS DE OPTIMO STATV: ET PRINCIPE.

# PHILIPPI BEROALDI LIBELLVS DE OPTIMO STATV.

p

ARS PHILOSOPHIAE EST
& ea quidem pulcherrima uiri clariſ-
ſimi adminiſtrare rempublicã: Qđ
ſane negocium ianuam famæ repan-
dit:& uirum prudentem/ac politicon
oſtendit:nam ſi præclarum & lauda-
bile ẽ in re œconomica agere bonum patrẽfamilias:
quanto præclarius/ac laudabilius in republica age-
re patriæ parentem: Et cum homo hominum cauſa
natus ſit:nuſquam profecto cõmodius poteſt homi-
nibus homo prodeſſe/ac patrocinari/q̃ adminiſtran-
do rempublicam quæ in uniuerſum cunctorum cõ-
moda complectitur. Vt autem nõ ſatis eſt bonas le-
ges habere/niſi cuſtodes earum ſint diligentiſſimi:
quos græci nomophylacas uocant:ita non ſufficit be
ne moratas eſſe ciuitates:niſi earum ſint tutores ui- Nomo-
gilantiſſimi:hi autem ſunt reipublicæ gubernato- phylaces
res: Quorũ opera ſedentaria plus haud dubie pro-
deſt q̃ cæterorum negotioſa ſtrenuitas: Sed cum ad-
miniſtrandæ reipublicæ ſit forma non ſimplex/nec
genus unum: Cum alii aliud probent: Videor factu
rus operæprecium ſi hodierna diſertatione quępiam
de republica/deq; optimo ſtatu & principe digna ſci
tu/nec indigna memoratu ex litterarum interiorum

ſecretariis deprompſero:quę audientiũ/& aures permulceant/& animos refoueant:Quod dum a me fit uos quæſo diligenter attendite.

a Dminiſtrandarũ ciuitatũ tres ſunt ſpecies. Eſt principatus unius quam monarchiam uocant. Eſt paucorũ optimatiũq;:quæ oligarchia atq; ariſtocratia nuncupatur. Tertia eſt popularis gubernatio:quæ gręco uocabulo democratia dicitur:auctores Dion/Plato/Ariſtoteles/cæteri. Idem Ariſtoteles in ſecũdo politicorꝫ quoſdã fuiſſe tradit: qui optimam gubernationem eſſe crederẽt ex oĩbus his cõmixtam:& propterea laudari rempub. lacedæmoniorum ueluti ex monarchia/ariſtocratia/democratia conſiſtentẽ:Rex enim apud illos erat ꝓ unius gubernatione:Senatus/pro paucorꝫ potentia:Ephori autem ſtatum popularẽ repręſentabant: Quæ uero tribus adminiſtrationibus melior/potiorq; ſit/difficile eſt iudicatu/cum ſuos quæq; aſſertores habeat: nec ego tanq̃ arbiter honorarius quicq̃ decernere auſim:ſed quid ueteres ſenſerint explicabo:Ita.n.optime citraq; inuidiam alienis iudiciis rei tantæ cẽſura peragetur:& cũ libera ſint iudicia opinetur de his ut cuiq; libitũ erit:exiſtimatio ſua cuiq; ſit:ut aũt facili⁹ res tota colliqueſcat hiſtoria remotior enarranda eſt huic negocio/quod molior/accomodiſſima.

Monarchia. Oligarchia. Ariſtocratia. Democratia. R.p.laconum.

Magophonia.

Poſt magophonian.i.magorꝫ cedẽ:quo die nulli

magorum fas est in publicum prodire: sed cũcti ĩtra domorũ septa se continent: facta est cõsultatio de statu Persa℞ constituendo: ubi uariæ sententiæ dictæ. Ex qbus istæ tres potissimũ memoriæ sunt proditæ. Othanes exhortãs ad gubernationẽ popularẽ / a monarchia pro uirili parte dehortabat᷑ / ostẽdẽs principatũ unius haud quaq̃ ꝓbãdũ ꝓpterea qđ etiã si optimus fuerit: tamẽ ex licẽtia peccãdi & insolẽtia leges p̄uaricet᷑ / fœminas ui cõstuperet / idẽnatos ĩterimat / & ĩpune bacchabũdus oĩa ex aĩ libidine cõficiat. At cũ dñat᷑ ĩqt multitudo ĩ primis nomẽ obtinet oĩum pulcherrimũ / isonomiã. i. iuris æq̃bilitatẽ: oĩa cõsilia ĩ cõe referunt᷑ / & ĩ multitudĩe oĩa ĩsunt. hæc Othanes.

Sniæ ĩ cõcilio p̄sa℞

Othanes ꝓ Democratia.

At Megabyzus ad Oligarchiã. i. ad statum paucorum rem traducens ad eam socios hortabatur improbans Othanis sententiam / tanq̃ populari multitudine nihil sit / neq; insipientius / neq; insolentius: Et plebi proprium suũq; sit nihil intelligere / quæ ad res obeundas sine consilio præceps ruit torrenti flumini similis: Itaq; improbato statu populari tãq̃ pessimo hortatus est ad statum optimatiũ dicens / credibile esse ex optimis optima existere consilia.

Megabyzus pro oligarchia.

Post Megabyzi sentẽtiã Darius tertio loco dixit / statũ unius principis anteponẽdũ monarchiãq; esse p̄stantissimã: ꝓpositis. n. tribus statibus & his oĩbus optimis / ut optime ĩperet populus / optime pauci / optime unus: Multo antecellere unius imperiũ: nã uiri

Darius ꝓ monarchia.

(inquit) unius: qui optimus sit: principatu nihil melius esse constat: De statu populi turbulento. s. & inconsulto idẽ sentio qđ Megabyzus. De statu uero paucorꝝ hoc amplius contra Megabyzũ qđ uidelicet odia inter ipsos priuatim excitant̃ ĩ publicũ perniciosa: Cũ unusquisq; primus in republica esse uelit: Ex talibus autẽ odiis seditiones: ex seditionibus cedes existunt Proinde opus est ut unus sit ueluti caput a quo nequaq̃ membra dissentiant. Hæ tres in cõsilio persarꝝ fuerũt dictæ sentẽtiæ: quarꝝ ultima uicit: q. s. melior foret status uni9: & ita auctor ipse sententiæ Darius paulopost rex Persarꝝ est declaratus. Hæc in curia Barbarorꝝ agitata: qui nullo litterarum dolatorio sunt leuigati. Videamus deiceps quid doctissimi uirorum super hac re senserint.

Cõtra statũ popularem.

Pleriq; oẽs dãnant gubernationẽ popularẽ perinde ac pessimã: a qua Apollonius Tyaneus Vespasianum dehortatur atq; abducere contendit apud Philostratũ contra Euphratis & Dionis sentẽtiã Vespasiano suadentiũ ut popularẽ statũ restituat: tanq̃ ciuitas Romana populari gubernatione maxime gauderet: & sub tali administratione magnã imperii partẽ adepta eẽt. sentẽtię Apollonii astipulat̃. M. Tullius qui in oratione pro Plantio sic inquit: nõ est cõsiliũ in uulgo non ratio non discrimen nõ diligentia: Et ab optimo poeta dictum est.

Scinditur incertũ studia in contraria uulgus.

olim Demosthenes quoq; extorris & in exiliũ pergens cũm suspirio dixit: O Pallas, quæ tribus infestissimis belluis delectaris, noctua, dracone, & populo: tanq̃ populus inter κακα θηρια. i. malas bestias numerandus sit: Quin etiam Plato populum dixit esse belluam multorum capitum: cui succinit illud Oratianum: Bellua multorum capitum es: Nã quid sequar aut quem? Lycurgus Nomothetes. i. legum cõditor: interrogatus cur statum popularem in republica lacedæmoniorũ non constitueret scite respõdit: συ πρωτοσ εν τη οικια σου ποιησον δημοκρατιαν. i. tu primus in domo tua efficito principatum popularem. Quadrat huic rei sententia quoq; illa græci Poetæ catholica. ισχυρον οχλοσ εστιν: ουχ εχει δε νουν: hoc intellectu: turba turbulenta est, nec mentem habet.

Dictũ demosthenis.

Lycurg9 nomothetes.

Reliquæ duæ administrationes paucorum scilicet & unius ualde probantur: nam q̃ status optimatium qui dicitur Aristocraticus sit optimus nomine ipso declaratur & exemplis tam recentibus q̃ uetustis liquet: & auctoritate fulcitur. Sentẽtia plautina est in milite: Nemo solus satis sapit. Ex quo fit ut consultationes plurium bonorum in unum conspirantes sint salutares & conducibiles rebus magnis administrandis. Aristoteles in tertio politicorũ Vno, inquit, duo meliores sunt: & ante Aristotelem

Aristocraticus status optimus.

Duo meliores uno

Homerus cecinit: Duos ad omnia esse prestantiores/hinc Agamenon homericus decem optat consiliarios Nestori consimiles illo uersu. τοιουτοι δεκα μοι συμφραδμονες ειεν αχεοι.

Cæterum ut statũ unius optimũ pstantissimũq; esse credamus inclinat animus & ratio suadet/& sentẽtia eruditorum decernit. quorum auctoritas nobis p rõne ẽ: inter quos ẽ Aristoteles/q in. viii. ethicorum cẽset administrationẽ populi eẽ pessimã. unius uero optimã & Homerus qui in secunda illiados rhapsodia sic inqt ουκ αγαθον πολυκοιρανιη εισ κοιρανοσ εστω εισ βασιλευσ. i. non bonus est multorũ principatus/unus sit dominus/unus rex: qd' uno uersu sic reddi potest: Non opus ut multi sed princeps impet unus rex unus. Dion syracusanus uersum hunc Homericum referens: olim dictitauit non posse bene regi rẽ publicam multorum imperiis: Et a Domitiano itidem dictũ est: Non est bona imperatorũ multitudo. Ad hæc diuus Ciprianus ut unus inquit sit princeps omnis natura consentit. Rex unus est apibus/& dux unus in gregibus/& in armentis rector unus. Multo magis mũdi rector unus/qui uniuersa quę sunt uerbo iubet/ratione dispensat/uirtute consumat: Cipriano subscribit illud/quod in decretis canoni. septima questione prima traditum est ex auctoritate Hieronymi ad Rusticũ monachum sic scribentis. In api-

Statusunius anteponendus.

Homer9.

Dion.

Ciprian9

Rector mundi unus.

In apib9 dux unus

bus dux unus eſt/& grues unã ſequunť ordine litterato/imperator unus/iudex unus prouinciæ. Ibidem pręcipitur:ut ſinguli ſint eccleſiarum epiſcopi/ſinguli archiepiſcopi/ſinguli archidiaconi:Ille quoq; diuinus Plato libro de regño maxime ꝓbat monarchiã ideſt unius principatum. Igitur cum conſtet optimum eſſe ſtatum unius paulo plura ſuper hoc uidentur annotanda.

Scitum eſt illud Romani imperatoris principatum non niſi fato dari:& Homerus a Ioue autumat dari ſceptrum & ius principi (Cũ ait) Rex unus cui ſceptra dedit uenerandaq; iura Iuppiter. Idem Diotrephis uocat reges quaſi a Ioue nutritos: ex quo fit ut ueluti dii terreni principes mortalibus colẽdi ſint: Id quoq; olim ab Athanico gothorum rege dictum conſtat:qui cum ad Theodoſium Conſtantinopolim ueniſſet/ & urbis pulchritudinem/ imperatoris opes/apparatum maieſtatem conſpexiſſet mirabundus:ſine dubio inquit Deus terrenus eſt imperator: contra quem quicunq; manus leuare nixus fuerit ipſe ſui ſanguinis reus exiſtit:Verbũ uetus eſt apud græcos/ uice prouerbii celebratum: προπαντωυ σεβουτο θειου βασιλεα δε τιμα:hoc eſt in primis Deum cole:Regem aũt honora:Antiqui reges iidẽ erãt & põtifices:Vñ reges romani põtifices dicti quod & in decretis canonicis diſtinctione uigeſima

Prĩcipatũ fato dari.

Diotrẽphiſ regeſ

prima proditum est: Et Poeta nobilissimus illo uersu significat:

Rex anius, rex idem hominum phœbiq; sacerdos:

Quin etiam Plato memoriæ prodidit Reges ægypti pontifices extitisse. Multæ sunt constellationes principum effectrices: sicut illa, qui in prima parte Arietis horoscopum haberint nascentur principes, reges, exercituumq; ductores. Item in prima parte Aquarii habens horoscopum erit princeps gloriosus, & Polychronius, hoc est longeuus: ut auctor est Iulius Firmicus in octauo matheseos: qui secundo uolumine loquens de imperatore sic ferme inquit: Solus imperator stellarum non subiacet cursibus, & solus est in cuius fato stellæ decernendi non habent potestatem: Cum enim fuerit totius orbis dominus, fatum eius dei summi iudicio gubernatur.

Cōstellationes prīcipum.

Polychronius.

Fatū imperatoris

Igitur cum deus, & fata, & sydera principes terris dent, quicūq; principi insidiatur & eius molitur excidium: is exterminādus est atq; omni supplicio plectendus, tanquam in deum & fata manus inferre conetur: nam ut scribit Apostolus in epistola ad Romanos: potestas non est nisi a deo. Qui resistit potestati, resistit ordinationi dei. Ministri dei sunt principes: Et ut apud ueteres dictū accepimus a uita principis uelut a filo pēdet salus ciuitatis: nec solū maleficia sunt casu in hoc puniēda: sed cogitationes quoq;, & uolūtates: & q̄uis apud Iuriscōsultos titulo de pe-

Paulus apostolus

nis scriptum sit:cogitationis pœnam nemo patiatur: quãuis Porcius Cato prodiderit uoluntates esse liberas:nec pœnis obnoxias:tamen uoluntas uel sola punitur in maleficiis id genus: sicut docet Calistratus scribens/in maleficiis uoluntas petatur: & ut Iureconsulti autumant eadem seueritare uolũtatem sceleris quã effectum puniri iura uoluerunt. Item ad legem Corneliam de siccariis scriptum legimus. si quis cum telo ambulauerit:sicut is qui hominẽ occiderit:pœna cohierceatur. Item titulo de extraordinariis criminibus præcipitur/sollicitatores alienarũ nuptiarum/si effectu potiti nõ sint/attamen propter uoluntatem esse extra ordinem puniendos. Quæ tota disceptatio distinctione prima de pœnitentiis latissime explicatur:

Voluntates liberę Sniæ Iurĩscõsultorum.

Cæterũ qa unius gubernationẽ/ꝗ sit optimus/maxime probari satis liquet.dicenda deinceps & explicanda sunt nõ paꝝ multa:quæ in eo censemus inesse debere/qui prĩceps optimus & eẽ & uideri uelit:uulgatiora aũt & triuialiter ꝓtrita omittentes:quedã iucundiora fatu audituqȝ degustabimus/ꝑ exẽpla maximoꝝ prĩcipũ decurrẽtes:ut talis disertatio fiat neqȝ senticosa/neqȝ insuauis sed uoluptaria & expetibilis. Dicemus aũt nõ legitimo illo ex disciplina rhetorica ordine seruato:sed prout singula subibunt mentẽ: & nobis dicturientibus obuia sese obtulerint.

**Inter cognomina prĩcipũ memoratu digna ꝗttuor**

ſunt memoratiſſima: quæ ſi cuncta iunctim ĩ unum cadere poterunt: is erit ille quem quærimus: ſunt autem hęc/ magnus/ pius/ pater patriæ/ & optimus.

Magnus Alexãder

Alexander ille longe omnium excellentiſſimus a magnitudine rex/ quas haud dubie maximas geſſit/ magni cognomen inuenit: ut ita ſine laude nunquam nominaretur. Qui fortuna ſua maior fuit: de quo Hãnibal penuſ ita iudicauit: ut Aphricano quęrenti quem fuiſſe maximũ imperatorẽ crederet/ reſponderit/ Alexandrum macedonum regem. quod parua manu innumerabiles exercitus fudiſſet/ q; ultimas oras ſupra ſpem humanam peragraſſet: Verũ huic magni cognomento plus inuidiæ q̃ pulchritudinis ineſt: ut luculenti ſcriptores prodiderunt.

Iudicium Hãnibalis.

Pius Antoninus.

Antoninus imperator Romanus cognominatus eſt Pius: uel qd' ſocerum feſſa iam ætate manu ſubleuauerit: uel qd' multos ſenatores Hadriano iam iam ſæuienti ſubripuerit: uel qd' ipſe Hadriano magnos honores poſt mortem decreuerit: uel qd' cum ſe Hadrianus interimere uellet ingenti cuſtodia & uigilãtia fecerit/ ne id poſſet admittere/ uel q; ſuapte natura clemẽtiſſimus fuerit/ & nihil tpibus ſuis aſper fecerit/ Sptianus/ & Iulius Capitolinus auctores: de quo eſt illud Auſonii. Antoninus abhinc regimen capit ille uocatu Cõſultiſq; Pius nomen habẽs meriti: Et

Auſonii carmen.

profectò pii cognomen amabilissimum est:& maxime pietatis argumentum.

Est & patris pr̃iæ appellatio/qua nihil pulchrius. Quod quidem nomen submonet ut princeps cum ciuibus suis quasi cum liberis parens uiuat:qua nuncupatione Cæsar Augustus maximopere lętatus est: Nam cum in curia Romana Valerius messalla mãdantibus cunctis ita dixisset: Cæsar Auguste senatus te/consentiens cum populo Romano consalutat/patriæ patrem: tunc ille præ gaudio lachrymans ita respõdit:compos factus uotorum meorum patres conscripti quid habeo aliud deos immortales precari: q̃ hunc consensum uestrum ad ultimum uitæ finem mihi perferre liceat. Pater patriæ Augustus.

Superest optimi cognomen. Quod Traianus ue luti peculiare accepit ex senatus populiq; Romani appellatione: Quo nomine amplissima haud dubie bona continentur. Quod nomen sibi quisq; mallet/ut inquit Liuius: q̃ honores imperiaue: De quo Silius. Optimus Traianus

Optimus heu nomen melius maiusq; triumphis:

& ut auctor est Plinius Panegyrista:nomen Augusti & Cęsaris minus ẽ q̃ optimi: Iupiter apud Ethnicos optimi nomine colebatur: Dicebatur enim Iupiter optimus maximus:qua in re illud annotandũ Plinius panegyrista. Iuppiter optimus maximus

qđ ante optimus ideſt beneficentiſſimus dicebatur q̃ maximus: quia ut inquit uere. M. Tullius maius eſt certeq; gratius/ prodeſſe oı̄bus q̃ opes magnas habere. Igitur ſi quis principū reperiretᷣ: qui magnus Pius/ pater patrię/ optimus/ merito cognominari poſſet: nonne hunc deo ſimillimum eſſe iudicaremus? Quæ autem p̃cipue res talem principem efficiant a me ſummatim explicabuntur. Dicāq; non qualis ſit in p̃ſentia quiſpiam nuncupatim princeps: ſed qualis in uniuerſum quilibet eſſe debeat. Imitatus. ſ. Xenophontem: Qui in pœdia/ ſcite eleganterq; tractauit: non qualis eſſet Cyrus ſed qualis eſſe deberet: neq; enim ad hiſtoriæ fidem: ſed ad optimi principis effigiem ac archetypon hiſtoria illa perſcripta ē.

Cyrus xenophōtis nō hiſtorica fide.

Homerus/ ut hinc ordiamur/ regē appellat ποιμενα λαων hoc eſt paſtorem populorum. Et plane ſicut paſtor gregem curat: ut totus habitior ſit & nitidior: nec unius quidem ouiculę cura poſthabita: ſic oportet principem totum corpus reipu. curare: ut ex nulla parte manca ſit: ut grex p̃pinguis/ & lætus/ & numeroſus gloria eſt paſtoris: ſic ciuitas florēs & fortunata & opulenta laus eſt principis. Qui oblitus ſuorum ipſius commodorum ad utilitatem publicam quicquid agit debet referre: ut. n. tutela ſic procuratio reipu. gerēda eſt. Ad utilitatem. ſ. eorum: qui cōmiſſi ſunt: nō eorū quibus cōmittitᷣ: Qui uero par

Paſtor poſtor populorum.

tem ciuiū tutatur/partē negligit:is ut sapiēter docet M. Tullius/rē pnitiosissimā inducit in ciuitatē seditionē scilicet & discordiā: Et frustra princeps ē plebe neglecta/ut scite scribit Plinius in panegyrico. Princeps reipublicæ anima est. Respublica corpus ē principis:ut auctor est Seneca libro primo de clementia. Ergo principi cōuenit rempublicam tueri ac fouere perinde ac corpus suū:cui dum parcit sibi ipsi parcit. Et ut olim decēter dixit Falconius Nicomachus in senatu romano ad Tacitū Augustū. Ingens est gloria principis rempublicā magis amare q̄ filios.

Princeps aīa reipu.

Dictum Nicomachi.

Dicere solebat Aurelianus impator/Nihil populo saturo lętius esse:ideoq; decet principē Annonæ urbicæ curā suscipere:ut populus sit satur: ne fruges defiant:ne plebecula esuritione tabescat:ne frumētarii/uel suppressione frumēti/uel enormitate p̄cii esurientes pauperes trucident. Scitum est illud Lucani.

Nil populo saturo lętius.

Gnarus & irarum causas & summa fauoris
Annona momenta trahi. Namq; asserit urbes
Sola fames:emiturq; metus cum segne potentes
Vulgus alunt:nescit plebes ieiuna timere.

Lucanus

Romani cūprimis annonariæ rei rationē habēdā cēsentes:præfactum annonæ creauerunt. Primus autē ut docet Liuius in quarto præfectus annonę Lucius Minutius creatus:eo tempore quo tanta inopia ur-

Prefect9 annonæ.

Miserrima mors ex fame.

bem inuasit uexauitq;:ut multi ex plebe/ne diutina fame cruciarent/capitibus obuolutis sese in tyberim p̃cipitauerint: Et enim miserrimũ mortis genus ẽ/fame mori: Quod græco quoq; uerbo testatũ est: λιμῶ οικτιστον θανειν. Apud Iurisconsultos titulus est ad legem Iuliam de annona: quæ lex utpote a Cæsare lata haud dubie indicat procurationem rei frumentariæ esse principalem: qua pœna constituitur aduersus eum: qui contra annonam fecerit/societatemq; coierit: quo annona carior fiat. Item titulo de extraordinariis criminibus pœna irrogatur in dardanos siue dardanarios: sic enim appellantur qui annonam uexant atq; flagellant: a dardano opinor huiusce improbitatis reptore. Laudãt historici Traianum ex cuius prouisione factũ est: ut Romæ esset canon frumentarius septem annorum. Laudatur & hinc Septimius Seuerus: Qui moriẽs septem annorum canonem frumentarium reliquit: ita ut quotidiana septuaginta quinq; millia modium expendi possent. Mamertinus quoq; in panegyrico Iulianũ imperatorem præconio laudis extollit: Quod frumentis undiq; coemptis usq; ad opulentiam habundantiamq; exurientem iam urbem referserit. Curet igitur princeps ut sit sacietas nec fames usquã: ut affluat annona: cuius affluentia perpetui congiarii instar ẽ: cuius aliqñ cura Põpeio magno nõ minus addidit glorię q̃ oriẽs triũphis occidẽsq; lustrat9: q an

Lex iulia de annona.

Dardanarii qui.

Canõ frumẽtarius

Mamertinus.

nonaria expeditione suscepta cum magnã frumenti uim ex Libya/Sardinia/Sicilia collectã ad urbẽ esuriẽtẽ cõportaret/magna tẽpestate orta gubernatoribusq; pterritis inscẽdẽs nauim & anchorã uelli iubẽs exclamauit: πλειν αναγκαζη ζην ουκ αναγκαζη. hoc est nauigare necesse est/uiuere non est necesse.

Plato grauissimus philosophorum principem gubernatoris nomine scienter nũcupat: sicut enim gubernator semper respicit ad salutem nauis & uectorum: sic princeps respicere debet ad salutẽ subditoꝝ. Gubernatori necesse est: ut inquit Dion: Intueri cœlum/pelagus/terras: ne uspiã nauigiũ periclitetᷣ: nec illi licet totam dormire noctem. Itidem principis officium ẽ cuncta speculari pro salute ciuitatis/& subditis dormiẽtibus uigilare: Quoꝝ salus ipsius tutelę concredita est. Hinc Silius sententialiter dixit. Princeps ut gubernator.

Turpe duci totam somno consumere noctem:

Qđ ex illo Homerico expressum est:

ου χρη παννυχιον ευδειν βουληφορον ανδρα.

Gubernator clauũ tenens nauigiũ solertia regit anxius & puigil: Cũ uectores persæpe ludãt/cantillent/comesentᷣ/ociosi & securi reꝝ oĩum. Princeps clauũ reipu. uigilãtia & cõsilio moderatᷣ pspiciẽs ne uspiã periclitetᷣ & ĩpingat: Cũ interea ciues & subditi ocio perfruantᷣ & colãt genialia: de principe ĩpo illud merito cõcinẽtes. In te oĩs domus ĩclinata recũbit: Quocirca satis constat principatũ nequaꝗ rem segnẽ esse

ſed laborioſam:nec ocio & animi relaxatione fluentem:ſed laboribus/curis/uigiliis inquietam: cuius faciem amœnam & amabilem forinſecus contemplātes/laborū interiorū aſpritudinē non uident.

Dictum ageſilai.

Interrogatus Ageſilaus ille magnus quo pacto quis gloriā apud mortales cōſequatur ſic reſpondit ει λεγοι τα αριστα πραττοι και τα καλλιστα. ideſt ſi dixerit optima necnon pulcherrima factitauerit.pulcherrimū aūt cū primis ē & in principe longe ſpecioſiſſimum exhibere ſeſe omnibus obuium & facilē:audire comiter & benigne deſideria adeūtium.Ex hac adeundi facilitate miro præconio Pompeius magnus extollitur a.M.Cicerone. Laudat & in Traiano Plinius panegyriſta admiſſionum facilitatem.Hoc & Iuriſconſulti in proconſule ac præſide ueluti officium neceſſariū depoſcunt ut ſcilicet oīum deſideria audiant & in adeundo ſe faciles præbeant.

Facilitas admiſſionum.

Philippum Macedonum regem: qđ memoratu dignum eſt: olim adiuit anus paupercula rogans ut cauſam ſuam audire uellet: qui cum græce dixiſſet μη σχολαζειν:hoc eſt ocioſum ſe non eſſe. Tunc illa exclamauit και μη βασιλευε:etiam non regnes: tanq̄ imperare non debeat:qui adeuntes audire contemnit:uerbum hoc demiratus Philippus & illā audiuit diligēter:& cæteris deinceps p̄ſtitit ſe facillimū: ſed ſicut hic dignus laude ita Demetri⁹ acerrima re-

prehensione dignissimus:cuius difficiles aditus superba responsa intolerandum fastum Historici taxant.In Hieronymo quoq; tyrãno syracusano contemptus omnium hominum/superbæ aures/contumeliosa dicta:aditus non alienis modo/sed tutoribus etiam difficiles iure infamãtur:sed ut ad Demetrium redeam/olim cum legati Atheniensium duos annos frustra tempus terrendo continenter secuti sunt:atq; re infecta sine responso dimissi.Idem contra Lacedemonios indignabundus q̃ unum tantum oratorem ad se misissent:unum inquit Lacedæmonii legatũ ad me misserunt:tum Lacon ille urbane
simul & laconice εικανοσ εισ προσ ενα εφη:satis est Scitũ Laconis.
inquit unus ad unum.hic Demetrius/qui & Poliorcetes:idest expugnator urbium cognominatus est:quondam edixit sese oẽs benigne ac comiter auditurũ:itaq; cunctis supplices libellos certatim offerentibus liberaliter accepit:& in chlamydis sinum reposuit.Cum autẽ suarũ quisq; petitionum expeditionem sitiẽter expectarent/ad fluuiũ nomine Axium perueniens aperta chlamyde libellos cunctos proiecit in flumen:qua ex re uehemẽter exacerbati abalienatiq; sũt animi macedonũ.Debet itaq; bonus princeps audire omnium desideria/se cunctis expositũ affabilemq; exhibere.Sit ad indulgentias quas uocant/propensus:Imitetur Augustum Cæsarem:qui
trepidantes accedere/comitate inuitabat.Faciat qd' Comitas Augusti.

Alexander Romanus imperator: qui uocabat suos & dicebat: quid est q̄ nihil petis/an me tibi uis fieri debitorem: pete ne priuatus de me queraris. Meminerit Hadriani qui in colloquiis etiam humillimorum ciuilissimus fuit detestans eos: qui sibi hanc uoluptatem humanitati quasi seruanti fastigium principis inuiderent. Scitum est illud Titi Vespasiani in penitissimis principum præcordiis recondendum: & in ore semper habendum atq; imitatione quottidiana usurpandum: qui dicere solebat non oportere quenq̄ a sermone principis tristem discedere: qui recordatus quondam super cœnam quod nihil cuiq̄ toto die præstitisset/memorabilem illam meritoq; laudandam uocem edidit: Amici diem perdidi. A solone quoq; decenter dictum: hilaritudo principis est uelut imber serotinus. In hoc quadam quasi peculiari laudatione dilaudari meretur princeps noster Ioānes Bentiuolus ad quem aditus sunt omnibus indiscriminatim ita faciles ut nihil facilius: cuius mira est aurium patientia: de quo in præsentia modice loquar aut etiam intra modum: propterea q̄ ipse corā adest ne uidear præsentis auribus lenocinari & quadam quasi assentatiunla captare auram principalem: aliud erit de principe nostro dicendi tempus alius locus: Cum id libellis a me editis iam non minima ex parte factitatum sit.

Hadrianus ciuilissimus

Dictū titi

Laus Io. Bētiuoli.

Princeps Probus & circũspectus aures susurronibus & calumniatoribus prębere non debet. Qui per sæpe aures principales ita præoccupant, innocentes criminando: ut difficillimum sit id ex præcordiis principis euellere: quod falsus criminator infinxit. Laudant historici dictum illud Domitiani memoratissimum. Delatores qui non castigat irritat. Age dum imitentur principes imitatione dignum exemplum illud Alexandri magni. Qui in iure dicendo quãdiu dicebat accusator, Aurem alteram manu solebat occludere quæ reo illibata seruaretur: alteram tantum porrigens accusatori: Hoc nimirum est qđ significare uoluit propheta psalmographus cũ dixit in psalmis. Sepi aures tuas spinis, hoc ẽ ut interp̃tať Hieronymus: noli habere aures pruriẽtes ad audiẽdum alienas calumnias. Obtrectatio ut apud Herodotum inquit scite uereq; Artabanus res est importunissima: in qua sunt duo qui iniuriã faciũt: Vnus cui iniuria fit, qui detrahit iniurius est. Item qui audit & credit iniurius est, quod prius credit q̃ rem copertam habet: Maxime autem omnium principes quodam quasi impulsu naturali, dum audiunt, cõmouentur, & auditis fidem pręstant. Ita ut merito dixisse uideatur: Xerxes ille magnus Persarum Rex Animum habitare in hominum auribus: nam prout bene uel male audit. ita lętatur uel excandescit: ergo ne sint aures principum expositæ rumoribus:

Psalmographus Dauid.

detractiores pessima.

Animus ĩ auribus.

ne ſint patulæ calumniis. Non procliuiter nimis credant ſuſurronibus ac rumigerulis: quibus nihil pernitioſius. prouerbialiter celebre eſt/ ſæpe moram eē meliorem. Et conctatio perinde ac præcipuum bonum ī magnis ductoribus probatur. Itaq; princeps ſit cunctator & lentus in credendo. Mores hominū penſet/ libret/ examinet: nec recluſo pectore pateat inſidiantibus. immo calumniatores & criminū cōſarcinatores & rumorum aucupes ex aula principū eiiciantur/ explodantur/ & a limine cubiculi principalis procul eliminētur: qui inſtar cibiratarum uerrinorum odorantur omnia & perueſtigant. Qui linguas uenenatas uibrant inſtar ſerpentium uirulentorum: nimirum hi homines ſunt qui (ut inquit ſcite Plinius noſter) ad uenena naſcunť: Quorum tabes animi contrectata adurit/ qui culpāt omnia: qui nullum aliud abominati ſpiritus linguæq; maledicētiſſime premiū nouere q̄ odiſſe omnia & calumniari: hęc eſt/ ut inquit poeta epigrāmatarius: Turba grauis paci placidæq; inimica quieti: hi ſunt qui cū tantulum ueneni genuini in aurem principis facilē ſtillauere/ Amicus probus/ innocens/ uetus/ fidelis limine ſubmouetur: perierunt tempora longi ſeruitii & nuſquam minor eſt iactura clientis: hi ſunt qui aures principum uiroſa ſuſurrorum fece cōfarciunt: hi ſunt qu orum comparationi digitum tollerent ce derētq; famigerati delatores/ Narciſſus/ Aſiaticus/

Cūctator

Cibiratæ uerrini.

Hoīes ad uenena nati.

Massa/Parthenius: hi sunt q inuident opulentis diuitias/probis bonitatem/litteratis eruditionem/fauorabilibꝫ gratiã/omnibus omnia. In cubiculis prĩcipalibus uiperæ. In fallaciis cõsarcinandis uulpes: In alienis negotiis introspiciendis lyncei & oculei toti: quorum calumniæ plures pessundant/q̃ morbi q̃ pestis q̃ dira infortunia. Operæprecium est hoc in loco commemorare quemadmodum pictorum clarissimus Apelles calumniatorem calumniamq; ultus sit: qui cum apud Ptolomeũ ab Antiphilo tanq̃ proditor falso insimulatus foret & ob id capitali supplicio pene multatus uixque infortunium euasisset: pinxit in tabula picturam hanc. Virum sedentem fecit auribus prægrandibus præditum/protendentem manum ad calumniam propius accedentem. Circa hunc stabant duæ mulieres. Ignorantia scilicet & suspitio: ex alia parte pinxit calumniam imagine mulierculæ uenustioris: quæ ardens & concitata quandam quasi rabiem & iram præseferens/sinistra facem accensam tenebat: dextra adolescentem quempiam per capillos trahebat manus in cælum tendẽtem & deos obtestantem: Præcedebat calumniam uir squallidus & deformis clarissime cernens: hæc erat inuidia: Duæ puellæ calumniã adornãtes uisebant: altera erat insidia/altera fraus. A tergo sequebatur lugubris quædam fœmina pullis uestibus ac laceris induta/& hec pœnitentia dicebatur:

Calũnia picta ab Apelle.

quæ retro flexa cũ luctu & uerecũdia aspiciebat adueniẽtẽ ueritatem. Hac pictura Apelles calumniã calumniæq; appendiculas in tabula graphice & scienter expræssit. Subit hac in reputatione exemplum Prisci seculi/dignum scitu/nec indignum relatu:& quod principes haud quaq̃ audiant incuriose ac negligẽter. Scribit Amianus Marcellinus fuisse Cephidium quẽdam accusatorem acerrimum: qui apud Iulianum imperatorem romanum accusabat Numerium ut furem:a quo cum obiecta diluerentur nec posset in quoquam confutari:tunc accusator inopia documẽtorum percitus exclamauit. Et quis florẽtissime Cæsar nocens poterit esse usquã/si negare sufficiet:Tũc Iulianus prudẽter motus respondit hoc dictum barcteatum: Et quis innocens eẽ poterit si accusasse sufficiet? Sed sicut laudatur Iulianus. ita reprehenditur Constantius imperator cuius aures erãt nimis patulæ ad credendum/& criminatoribus expositæ. Faciat bonus prĩceps id quod Augustus:qui cum Aemilio Heliano obiiceret ꝙ male opinari de Cæsare solebat/conuersus ad accusatorem cõmotoq; similis:uelim inquit mihi hoc ꝓbes faciam sciat Helianus & me linguam habere:plura enim de eo loquar:nec quicquã ultra/aut statim/aut postea inquisiuit. Tiberio quoq; de eodẽ uiolentius conquerenti ita respondit:noli ætati tuæ mi Tiberi hac in re indulgere & nimium indignari/quẽquam

Exemplũ accusatoris.

Cõstãti9 credulus.

Augusti probitas.

esse qui de me loquatur male: satis enim ẽ si hoc habemus ne quis nobis malefacere possit. Consimiliter Alexander magnus cum cognouisset se cõuitiis a cõuitiatore quopiam pro scindi: βασιλικον εστιν εφη ευποιουντα κακως ακουειν: hoc est regia res est inquit benefacientem male adire. Et profecto inter cætera quæ principes decent clemẽtia est quæ illos facit amabiles gratiosos fauorabiles. Quæ dos prima regum est ut inquit Vopiscus: & ut auctor ẽ Seneca nullum magis q̃ principem decet. hinc apud Claudianum Theodosius Honorio filio salubriter præcipiens inquit: Sis pius imprimis nam cum uincamur ĩ omni munere: Sola deos ęquat clemẽtia nobis. Videt̃ opifex rerꝫ ac parẽs natura demõstrasse clemẽtię ĩsigne principibus potissimũ conuenire: quæ regem apum sine aculeo exarmatũ esse uoluit: uel si spiculum dedit eo tamen uti noluit: Nõ enim constat inter auctores: Res in apibus nullũ ne solus habeat aculeum an dederit eum quidẽ natura sed eius usum negauerit. illud constat imperatorem aculeo non uti: ut scilicet ita ostenderet natura: Regem neqꝫ sceuum neqꝫ crudelem esse debere: & ut inquit Ambrosius uolumine examerí quinto: In rege pręcipuum est ut præstet morum mansuetudine: Nam & si habet aculeum tamen eo non utitur ad uindicãdum. Sunt enim leges naturæ non inscriptæ litteris: sed impressæ moribus: ut leniores sint ad punien-

Dictũ alexandri.

Clemẽtia dos regũ.

Rex apũ sine aculeo.

**Principes sine aculeo sint.**

dum:qui maxima potestate potiuntur. Igitur principes sine aculeo sint/uel si aculeum habent eum recondant:& maximum deorũ Iouẽ imitentur:Qui missurus fulmẽ pernitiosum aduocat in consilium deos:idq; ex consilii sententia iaculatur: Quod uero placabile est & ꝓdest/id solus emittit. Hoc philosophi poetæq; rationabiliter finxerunt quia scilicet Iouem idest regem prodesse etiã solum oportet:nocere non nisi cum pluribus uisum est. Discant hi ut Senecæ uerbis utar:quicunq; magnam potentiam inter homines adepti sunt:sine consilio nec quidem fulmen mitti.aduocent/considerent multorum sententiis/nocitura temperent:& hoc sibi proponãt ubi aliquid percuti debet ne Ioui quidem suum satis eẽ cõsiliũ.Herodianus apud græcos/ Lãpridius apud nostros/Alexandrum Romanum imperatorem ex hoc clementiæ bono maxime extollunt:cuius imperium appellãt Anæmaton:hoc est incruentũ & sine sanguine. Dicere solebat Scipio/malle se unũ ciuẽ seruare q̃ mille hostes occidere:quã sentẽtiam Antoninus quoq; pius frequẽter usurpabat utpote clementiæ ac bonitatis exemplum . Responsum illud Alexandri magni ad matrem olympiadem:quis nõ laudet?quis nõ celebret ut cõsultissimum dignissimũq; memoratu?q illi roganti urgentiq; ut sua causa occideret quendam insontẽ/ita prudenter respondit:Aliam parens optima posce mercedem:hominis

**Dictũ scipionis.**

enim ſalus beneficio nullo penſatur. Et profecto ut uerisſime ſcribit Antoninus i epiſtola ad Fauſtinã: nihil eſt: quod imperatorem romanum melius cõmendet gentibus q̃ clementia: hæc Cæſarem deum fecit: hæc Auguſtum conſecrauit: hæc Antoninũ pii nomine ornauit: hinc Cicero in Cæſaris dictatoris laudem decenter inquit: nulla de uirtutibus tuis nec admirabilior/nec gratior miſericordia eſt. Itẽ aliubi quoq; dixit oppido q̃ eleganter. Qui nihil obliuiſci ſoles niſi iniurias. Non nunq̃ tamen ſeueritate utẽdum eſt ut i officio omnes ſint: ut metu pœnę a maleficiis improbi abſterreant & ſicut bonos pręmio proſequi decet ita malos pœna mulctari. Prudenter enim Solon: qui & ſapiẽs unus fuit ex ſeptem: & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem: rempublicam duabꝰ rebus contineri dixit: pręmio. ſ. & pœna. En age dũ princeps bonus & clemens/bonos honoribus exornet: Malos ſi a malitia reuocare nõ poteſt per indulgẽtiam/pœna coerceat per ſeueritatẽ/ ſic ſecreti ſint a bonis mali: ut a frumento lolium incerniculo ſecernitur. faciat quod medicus qui interdum urit/ſecat/abſcindit in corpore membrum: quod inſanabile eſt: ne pars integra cõtagione ſerpẽte pariter corrumpatur. Iuxta illud cantatisſimũ: Immedicabile uulnus enſe recidendum ẽ: ne pars ſincera trahatur. Conſimiliter princeps ſecet aliquãdo/amputetq; de corpore ciuitatis membra putrida: hoc ẽ ciues ſcele-

Cicero & Cæſare.

Scitũ Solonis.

Honor & pœna.

Medicus urit & ſecat.

Princeps imitetur medicum

ratos/pfidiosos/turbatores publici cōmodi/& molitores rerum nouarū exterminet/tollatq; de medio. Medici officium ē/ut dicebat Asclepiades/& a Corcelso repetitū est/ut cito/ut tuto/ut iucunde curet: tamen quādoq; austeriore medicina ūti cogit̄ :ad uim morbi grauioris retundendā profligandāq;. Itidem principis officiū est ut molliter/ut delicate/ut indulgenter subditos foueat/curet/tueatur. Nonnunq̄ tñ curatione mordaci & austerula utet̄ Causticaq; adhibebit ad edomādos duriores ciuiū morbos & oīa molliora malagmata recusantes. Nam ut dixit eleganter Origenes libro secundo pariarchon. Opus ē interdum austeriore & mordatiore medicina quādo lenia medicamenta nō ꝓsunt. Et ut scite ait Hieronymus. Putride carnes ferro curātur & cauterio. In hanc sententiā illud Ciceronis saluberrimum ē documētum. In corpore si qd huiusmodi ē qđ reliquo corpori noceat/urere/secari patimur: ut mēbroꝝ aliquod potiusq̄ totū corpus intereat: Sic in reipu. corpore ut totum saluū sit: quicqd est pestiferꝝ amputetur. Et medius fidius rectissime censuit Agesilaus: qui dicente quodam αγαθον βασιλεα πραον ειναι δει ουκουν εφη αχρι του μη ευκαταφρονητον ειναι: idest oportet bonum regem clemētem esse & mitem ita plane inquit quatenus contemptibilis non fiat. Ex quo non pauci sunt qui magis sententiam Cleomenis probantque Aristonis.

Opus austerula medicina

Dictum Hieronymi.

Dictum Agesilai.

Cleomenes.n.olim īterrogatus: Quid bonū pricipē facere oportere/respondit. Amicis benefacere/& malefacere inimicis: tanq̄ bono principi & circunspecto conueniat inter amicos & inimicos facere discrimen. Hanc uero Cleomenis sententiā cū quispiā laudaret ut optimā/dixit Ariston ποσω κρισσον τουσ μεν φιλουσ ευεργετειν τουσ δε εχθρουσ φιλουσ ποιειν: hoc est quanto melius fuerit amicis benefacere. Inimicos autem amicos efficere: utcunq; censemus principem ad mansuetudinem & clementiam q̄ ad seueritatem & pœnam propensiorem esse debere. Id quod olim Antigonus exemplo declarauit. Nam cum manipulares duo incumbentes ipsius tabernaculo facerent qd' hoīes & piculosissime & libentissime faciunt/ut de rege suo male existimarēt atq; oblo querentur/audiuit omnia rex Antigonus: utpote cū inter dicentes & audientem parum interesset/nec tamen excandescens immo leniter cōmonens/longius inquit discedite ne rex uos audiat. Quid hac mā̄suetudine mitius? quid hac benignitate prestantius? nō exarsit princeps in ultionē/non excanduit: sed maluit regia quadā lenitudine ignoscere q̄ uendicare. Laudat in Augusto ingeniosus Poeta Ouidius.

Qd' sit piger ad pœnas princeps ad præmia uelox.

Et ut inquit Cassiodorus: Propositū regale ē pressis labe fortunæ pietatis remedio subuenire.

Snīa cleomenis.

Snīa Aristonis de principe.

Antigoni mansuetudo.

Sit magnificus.

Decet principem in primis esse magnificum. Est aũt magnificus, ut docet Aristoteles in quarto ethicorum, is: qui in publica facit impẽsas: ueluti in spectaculis, in epulo, in ædificiis. Hinc Plinius in Traiani laudẽ: At q̃ magnificus inquit ĩ publicũ es. hinc porticus, inde delubra occulta celeritate properant: Magnificẽtia: ut Tulliana finitione declaratur: ẽ reꝝ magnaꝝ & excelsaꝝ cũ aĩ ampla quadã & splẽdida propositione cogitatio atq; administratio: ergo princeps ut magnificus dici merito possit, res magnas sibi administrãdas esse proponat: Homerus appellat reges κοσμιτορασ λαωμ. i. ornatores populorũ. Ex eo opinor ꝙ principis officiũ sit exornare ciuitates: Et ornatu cultuq; magnifico præbere se monstrabilem: Maximũ haud dubie ornamentũ est & ornatissimo principe dignissimũ extructio ædificiorũ. Olim gloriatus est Augustus se urbẽ marmoream relinquere quã lateritiã accepisset: Auctores Suetonius, Sextus Aurelius, Orosius, cæteri. In laudẽ Domitiani dictũ est: ut autumat Plutarchus: Aedificare gaudes. Ancus Martius quartus Romanorũ Rex ædificator cũ laude nominatur: hoc quã bene, quã uere, quã laudabiliter de principe nostro Ioanne Bentiuolo dici possit: Quis ignorat? cuius ædes urbicę, uillę rusticę, ac prętoria magnificenter extructa quotidie testimoniũ perhibẽt principalis magnificentiæ: Cuius du-

Aedificare res regia.

Gloratio Augusti.

Laus. Io. Bẽtiuoli.

ctu & auspicio hec urbs exuto squalore ac situ ex de/formi pulcherrima facta est: ut merito gloriari possit: se Bononiã luteã/ligneã/inconditã accepisse: lateritiã/marmoreã/cultissimã reddidisse.

Plato ille deus philosophoꝝ libro quinto de republica dixit beatas fore ciuitates si aut philosophi imperarent/aut principes philosopharent. Pulchrũ est medius fidius si fieri potest principẽ eẽ litteratũ: quo nihil pulchrius/nihil excellẽtius fieri posse cõtendo. hinc Hiero/Attalus/Mago/Iuba: studioꝝ claritudine memorabiliores extitere q̃ regno: hinc Cæsar dictator: hinc Augustus: hinc alii Cæsarũ cõplusculi nõ min9 eloquẽtia & eruditiõe/q̃ ĩperio cẽsent. Hic Alexãder magnus diceŕ solebat: malle se disciplinis ãncellere q̃ opulẽtiis: Et ab homero rectissime dictũ Calliope regũ comes est/Ioue nata parente: Olim a senatu romano ĩ laudẽ Taciti ĩpatoris acclamatũ ĩ curia ẽ: Quis melius q̃ litteratus ĩperat? Sed cũ principes oẽs litterati esse nõ possint: cũ ĩ principe aliud queratur q̃ litteratura: ut inquit Iulius Capitolinus: sit saltẽ princeps amator litteratorũ: faciat qđ Dionysius: qui dicebat se in aula habere & nutrire multos sophistas/& eruditos: ut per illos fieret admirabilis/dignusq; apud alios cõmendatione. Et profecto si uerũ dispicere uelimus: nisi forent litteræ/nisi ingenia eruditoꝝ: Ignorarentur principes/reges/imperatores oẽs/barbari/græci/romani. Quis Cyrum?

Prĩcipes sint litterati.

dictũ ale/xandri.

Calliope regũ comes.

D8

Quis Alexandrum magnum? Quis Pompeium tribus fulgentem triumphis? Quis Paulum Emilium/ Fabios/ Scipiones? Quis Cæsarem dictatorem: imo Cæsares omnes nosceret: nisi eos/ Luculenti scriptores in litteras rettulissent/ nisi monumẽtis librorum: quibus immortalitas uitæ constat: eos immortales effecissent ac posteritati cõmendassent. Hinc Alexander magnus felicem dixit Achillem qui Homerum habuisset suæ uirtutis preconẽ: Cuius extat Elogium illud apud Silium memoria dignum. Felix Aeacida cui tali contigit ore gentibus ostendi: Creuit tua carmine uirtus. Alter Alexander Romanorum imperator litteratorum hominum confabulatione recreari se dicebat/ & pasci. Si Principes fouebunt eruditos: si Mœcenates extiterint/ ingenia uegetabuntur: litteræ quæ hactenus intermotuæ iacuerunt/ reuiuiscent: Cateruas uidebimus eruditorum. Iudicio enĩ principum stant ingenia & cadunt.

Litteris ĩmortalitas cõstat

Felix æacida.

Præterea cui dubium est. Quin id quoq; optimo principi gloriosum sit habere rationem studiorum: constituere in suis urbibus gymnasia litteratoria. Et Asylum/ ut ita dicam doctrinarum patefacere: Quo agminatim undiq; conueniant multiiugæ eruditionis candidati cismotani/ transmontaniq;: Quibus curæ est linguam eloquio/ animum disciplinis excolere: hoc nimirum beneficentissimi principis benefi/

Gymnasia litteratoria.

Cãdidati doctrinarum.

cium ampliſſimum eſt/ac laudabile inſtitutum:honorem habere dicendi magiſtris: dignitatem emolumentaq; ſapientię doctoribus impartiri. Eſt enim ut inquit elegēter Symmachus: hoc ſpecimen florētis reipublicæ:ut diſciplinarum profeſſoribus pręmia opulenta pendantur. Hinc Traianum nō proletarii ſcriptores ſed claſſici merito laudant quod ingenuas artes earumq; profeſſores in complexu:oculis/auribꝰ habuerit. Quod ſtudia humanitatis profeſſi apud eum fauorabiles extiterint.deniq; ꝙ ſub ipſo ſpiritum/& ſanguinem/& patriam ſtudia receperint. Bononia quod inter omnes conſtat florens famigerataq; eſt inter italicas urbes:ſed eam florentiſſimam illuſtriſſimamq; nulla ferme res alia peræque facit/ac diatribæ & gymnaſia litterarū atq; cōciliabula ſcholaſticoꝝ:quę haud dubie cū oībꝰ totiꝰ Italiæ celebratoribus gymnaſiis claritudine cōtendunt nulli cedunt. Quæ Alexādrino/Attico/Tharſenſi/Maſſiliotico memoratiſſimis apđ priſcos gymnaſiis ꝓxima accedūt: quāq̄ longo interuallo tamen proxima. In præſentia princeps noſter Bentiuolus operam & quidem impenſam dat/ut gymnaſium hoc noſtrū indies magis floreſcat cōuētu ſcholaſticorum frequētiſſimo & claritudine profeſſorū: qui tanta ſunt excellentia præditi & in eo doctrinarum faſtigio collocati:ut etiam non nominati nominentur:ut ſolo nutu intelligantur: Quorum uirtuti

Traianus auctor litterarum.

Bononia florēs ex litteris.

& nomini fauet cetus scholasticorum:& assurgit ordo professorum:sed de tota re litteraria aliubi plura.

Ante omnia princeps si uult laudari ꝓbariq; perinde ac optimus principum/sit munificus ac liberalis:Nam ut inquit Epigrammatarius poeta.

Nulla ducis uirtus dulcior esse potest.

Auctor ē Aristoteles ī ethicis qđ liberales maxime omniũ uirtute ꝑcellētiũ diligant. Pacatus in Panegyrico ait:Et rei & famæ cōsulit munificus impator. Lucrat̃ enim gloriã cũ det pecuniã reuersurã.quicquid enim in ciues manat a principe/redũdat in principem.Apđ Rabiriũ poetã dicit.M.Antonius: Hoc habeo quodcũq; dedi: cui subscribit illud Epigrammatistæ uulgatissimũ:Extra fortunam est quicquid donatur amicis: Quas dederis solas semper habebis opes.Plinius noster loquens de deo.Deus ē inquit mortali iuuare mortalem:Et hęc ad æternã gloriã uia:hac iiere proceres Romani.hac ingenti passu nunc uadit.Maximus cui rector Vespasianus: fessis rebus subueniēs.Maro quoq; sub inuolucro poetico designat munificis ac liberalibus remunerationē post obitum rependi:Certumq; illis cōstitutum locum ubi ęuo beatissimo perfruantur.Nam cum Elisios campos/In sexto describeret ubi putant habitare animas beatorum:nō solum ibi posuit eos:qui propriis meritis ad illas sedes peruenire potuerunt: sed id quoq; adiecit.Quiq; sui memores alios fecere me

Liberalitas ī principe amabilissima.

Munifici in Elisio.

rendo:ideſt ut interpretatur Auguſtinus qui promer uerunt alios eoſq; ſui memores promerendo hoc ē beneficium prȩſtando fecerunt. Quid aliud euangelica illa ſententia precipitur:quam ut liberalitatē exerceamus:quȩ ait. Facite uobis amicos de mamona iniquitatis:ideſt de pecunia/uel de diuitiis quȩ de iniquitate proueniũt. Diues enim/ut inquit Hieronymus/aut iniquius/aut iniqui heres. Cecinit Claudianus in laudem Theodoſii: Magnarum largitor opum largitor honorum. Auguſtus de ſe ipſo ſcripſit hæc: Liberalitas mea me ad cœlum euehet. Sicut autem nulla uirtus amabilior eſt liberalitate: ita nullum plane uitium odioſus tetriuſq; eſt auaricia: In principibus & rempublicam gubernantibus habere enim queſtui rempublicam. ut inquit ueriſſime Marcus Tullius:non modo turpe eſt/ſed ſceleratũ etiam ac nefarium. Idem non minus uere q̄ eleganter tradit amorem multitudinis cõmoueri ipſa fama & opinione liberalitatis. Auidius caſſius dicere ſolebat/Auaritiam in Impatore eſſe acerbiſſimũ malũ. Eia habeat bonus princeps in ore promptũ/& in pectore conditum uerbũ illud Traiani: Qui fiſcũ principis ſcitiſſime lyenē uocabat: Nam ut lyene creſcēte reliqui artus & membra tabeſcunt: Ita fiſco principis turgente ciuitatis corpus una cum membris languefcit & intermoritur:ut lyen modicus uegetat in corpore mēbra/& auget robur: ſic fiſcus principalis

Amici de mamona iniqtatis.

Auaritia ĩ principe teterrima

Dictũ Auidii Caſſiii

Fiſcus prĩpis ut lyen.

moderatus/nec extuberans causa est bonæ ualetudinis in corpore ciuitatis. Vespasianus apud Philostratũ rogat Apolloniũ Thyaneũ: quẽ Antiquitas ut diuinũ immo ut deũ admirata est: ut ipsum doceat quæcũq; facere bonũ principem oporteat: Cui Apollonius in primis præcipit diuitias illas esse fugiendas quæ ex collatione tributorũ a gementibus hominibus proueniũt. Sordidũ enim id aurũ ẽ putandũ: qđ ex lachrymis oritur. Non queo mihi obtemperare: quin hoc in loco cõmemorem documẽtum saluberrimũ Cyri persarũ regis: qđ memorat Xenophon in pædia: qđ sine dubio dignissimũ est memoratu. Scribit. n. luculentus ille scriptor: Cyrũ inter cæteros fuisse beneficũ ac liberalẽ: adeo ut dictitaret se thesauros habere diuitiarũ amicos: quos donationibus diuites opulentosq; efficiebat: qui dicere solebat consimilia esse opera pastorũ/& regum. Nã sicut pastorem decet præstare ut pecora habeat læta & succulenta: Ita regem par est ciues & subditos facere fœlices & opulẽtos. Huic Cyro regũ munificentissimo dixit olim Crœsus fore: ut imodica donans pauper fieret: Cũ posset domi recõdere thesauros ingentes. Cui Cyrus quantã inquit pecuniæ summã putas me in hodiernũ potuisse colligere si aurũ nulli dono dedissem: ex quo tẽpore in imperio sum. Crœsus infinitũ quẽdã numerũ respondit: Tunc Cyrus tibi inquit ostendã maiores me pecu-

Apollonius ut deus.

Aurũ ex lachrimis sordidũ.

Exẽplũ Cyri liberalitatis.

nias possidere:mitte quempiam ex tuis cum nuntio meo:mox cõuersus ad Hystaspam/I/Hystaspa inquit ad amicos meos:dic indigere me auro: Roga ut mihi suggerãt affatim pecuniã: perscribecꝫ quãtum quisqꝫ amicorum mihi uelit contribuere. Iuit ille/petiit:conscripsit/& maiorem pecunię summam supputauit/q̃ duxerat Crœsus futuram in thesauris: si eam conseruasset: Vbi hoc patuit uidesne inquit Cyrus o Crœse mihi thesauros esse:nam dum amicos diuites reddo/hos mihi thesauros cõparo:& longe quidem fideliores q̃ si ipse domi defodissem. Idem aiebat se pecunias ob id desiderare/ut amicis subueniret. Iulianus imperator/auctore Amiano Marcellino/prędicabat illud Alexandri magni:qui interrogatus ubi thesauros haberet: Apud amicos beniuole habere sese respondit. Nonne principes cum talia/aut audiunt/aut legũt ad liberalitatẽ exercendam inflamantur: quæ subditos reddit deuotos/fideles/obnoxios:qua immortales efficiuntur:quæ deniqꝫ tanti momenti est:ut possit princeps obtentu liberalitatis obumbrare crimina tantumnõ enormia:& hac una laude pensare. Thesauri apud amicos.

Recte etiam in principe laudatur hospitalitas: utpote/ Germana liberalitatis. Est enim ualde decorum:ut inquit Arpinas orator:patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus. Idqꝫ etiã Hospitalitas.

reipublicæ eſt ornamento. Ideoq; domus principũ amplæ eſſe debent/& laxitate conſpicuæ: cum hoſpitibus & hominum cuiuſq; generis multitudine frequentẽtur. Ab hac quoq; hoſpitalitatis laude: dilaudandus eſt princeps noſter: Cuius ædes pulcherrimę/magnificentiſſimeq; patẽt hoſpitibus illuſtrioribus: A quo omnes ferme & minuti reguli/& maximi principes iſtac tranſeũtes hoſpitaliter ac comiter accipiuntur. Theophraſtus/Plutarchus/Emilius probus: Cæteri/Cimonem athenienſem: ut hoſpitaliſſimum in ſuos curiales laciades laudibus ferunt: qui ita inſtituiſſe fertur & uillicis imperaſſe ut oĩa prębérentur: quicũq; tribulis in uillã ſuã diuertiſſet. Apoſtolus quoq; pręcipit/Epiſcopos cõprimis hoſpitales eẽ debere: qđ & in decretis canonicis. D. xli latiſſime enarratum legas.

Laus Io. Bẽtiuoli.

Cimon hoſpitaliſſimus.

Cæterum cum ſapientes definiant quattuor uirtutes: Iuſtitiã: Prudentiã/Fortitudinẽ/Temperãtiã. Quarum quadriga alias quoq; ſecum uehat. Quis neſcit eas bono principi ſtudioſe enixeq; colendas? Et ne in pręſentia ſinuoſos nimis ac longos cõmentarios faciã: ut ſuccinctius cũcta perſtrigam/& quaſi tranſeũter attingam. Iuſtus eſſe ante oĩa princeps debet: & ueluti in ſtatera/atq; in librili cuncta ꝑpendere. Ius religioſe & æquabiliter dicere/nec digitum quidem tranſuerſum/aut unguem latũ: ut dicitur: a legis præſcripto diſcedere: niſi quatenus in pœna

Iuſtus ſit princeps.

exigenda mitius agat & mollius. Lex enim ut inq̄t rectissime Pindarus domina est: quæ uitiorum em ē datrix est/cōmendatrixq; uirtutum: qui legē præesse iubet/uidetur iubere deū præesse: ut auctor est Aristoteles. Ministri legum sunt magistratus uereq; dici potest magistratū legē esse loquētem: Legē autē mutum magistratum. illi uero ciuitati paratū/inquit Plato/interitū uideo in qua non lex magistratibus/ sed legi magistratus presunt. Salutem uero illi/ubi lex magistratibus dominat̄. cuncta medius fidius bona illi reipublicæ affore conspicio/cuius princeps sincerissimus iustitiæ cultor extiterit: q̄ uirtus oīum est domina: ut. M. Tullii uerbis utar/& regina uirtutum: sine qua quid sunt magna regna/ut autumat Augustinus/nisi magna latrocinia. Interrogatus aliquādo Agesilaus: utra uirtus esse melior fortitudo/ an iustitia: oppido q̄ scite respondit. ουδεν εφη ανδριας χρηζομεν εαν παντες ωμεν δικαιοι nihil inqt fortitudine indigemus: si iusti oēs simus. Darium persaꝝ regē iustitiæ olim sacrificantem: dixisse refert Philostratus. O dn̄a si qua es usquā: quibus plane uerbis satis ostēdit se iampridē exoptasse iustitiam neq; illā usquā gentiū agnoscere potuisse. Lex dn̄a. Iustitia regina uirtutum. Dictum Agesilai. Dicti darii.

A nobilissimo philosophoꝝ dictū ē: ουτε εσπερος ουτε εωος ουτω θαυμασιος. Q d̄ neq; hesperus neq; lucifer p̄inde atq; iustitia admirabilis ē. Quam eruditi/erudite/graphiceq; oleo comparant:

Iustitia oleo comparatur.

ut enim oleũ intus ingestũ obest: infusum prodest: sic & iustitia omnis a nobis circa alios est: magisq; aliis prodest q̃ exercitori.

Ob hoc dixit in ethicis Aristoteles Iustitiam uirtutem esse ad aliũ, ex qua una uirtute uiri boni appellãtur: Ex qua Aristides dicæos .i. iustus cognominatus. Hinc Traianus laudibus effert̃ q; se legibus subiecerit: Qui abiturus cõsulatu iurauit se nihil cõtra leges fecisse. Et sane sicut princeps ẽ supra ciuitatẽ: ita leges eẽ debẽt supra principẽ. Symbola illa Pythagoræ & enygmata intelligat princeps ad se potissimũ ptinere. Staterã ne trãsilias .i. ne ptergrediare iustitiã. Coronã minime carpendã .i. leges urbium cõseruãdas. Per uiã publicã ne ambules .i. ne multoꝝ sequaris errores. Itaq; faciat princeps iustus q; in bonis principibus gloriosum fuisse accepimus ut nullius ab eo magistratus ius, nullius auctoritas minuat̃, ad ptorẽ, ad Iuridicos magistratus, pleraq; oĩa remittat, leges ne cõculcet: Et iustitia perinde ac adminiculo firmissimo fulciat̃: Ad quã cũ oẽs mortales, tũ pcipue principes se esse natos intelligãt: quã græci dicæosynen appellãt quasi δικαιου συνεσιν .i. iusti intelligẽtiã, ut interpretatur Plato in Cratylo. Atq cũ iustitiæ pars sit religio. Cum dei cultus iustitię ascribatur speciosum haud dubie ẽ, prĩcipem, & esse, & uideri religiosum: reiq; diuinæ cultorem. Religione .n. uita constat. Religione( ut auctor est

Aristides iustus.

Lactãtius)homo pstat ceteris animãtibus. Religio- Religio I
nis uinculo hoies deo obstringunt ac religant: un- principe.
de ipsa religio nomẽ creditur accepisse: quãuis alii
aliunde deducãt. deo omnes homines seruitutẽ de-
bent: quę latria gręce dicit. In primis uero pricipes Latria
decet dei cultus: quã Theosebiam græci appellant. Theose-
Cultura aũt dei potissima ẽ bonitas: Vis: inquit Se- bia.
neca: deos ppitiari: bonus esto/satis illos coluit qsqs
imitatus ẽ. Caueat priceps: ne illud quo peius nihil
dici põt: de se merito dicat: Cõtẽptor diuũ Mezen-
tius: Priceps nõ minus hoiem se q̃ hominibus pesse
meminerit. In pectore principali conditum sit illud
Oratianum. Diis te minorẽ qd geris imperas. Hinc
omne principiũ/huc refer exitũ. Religio in principe
efficit ut oẽs subditi modestia quadã/& quasi sancti
tudine cõtineant. Illa quoq; religionis pars nec ea
qdẽ minia ẽ: extruere tẽpla/restituere delubra uetu
state labẽtia. In laudẽ Augusti dictũ est. Tẽplorum
positor. templo⁊ sancte repostor. Sciat tñ princeps
deos nõ tã adorantis erogatione q̃ sanctitate letari:
qui puram mentem q̃ aurum malunt. Hinc Alexã
der Romanus imperator auri ne guttulã quidẽ/aut
bracteolã in tẽplis posuit Susurrãs illud Persianũ.
In sancto qd facit au⁊. Ego uero cẽseo principẽ &
mẽte/& manu erga deos munificum esse oportere:
Qui & si nullius rei idigi sunt tñ uolunt principes
beneficiorum/nec imemores/nec ingratos existere.

Prudētia in prīcipe

Quid dicā principem prudentem esse debere: & cuncta solerti ratione perpēdere? Cū prudētiæ inter uirtutes principatum Plato det libro secundo de legibus. Cum dicat Solomon. Fructū prudentiæ meliorem esse auro & lapide precioso: Cum Socrates asserat nullam uirtutem esse sine prudentia: quę gręco uocabulo phronesis nominatur. Anaxagorā & Thalem aliosq; id genus homines sapientes esse dicunt prudentes negant. Impossibile est inquit Aristoteles prudentē esse quēpiā nisi sit bonus. Sit igit princeps non solum ipse preditus prudentia uerum etiam consiliarios prudentes habeat: quibus bene cōsulentibus credere possit. Nemo enim per se unq̄ solus ita sapit: Nemo ita circunspectus ac sagax: Nemo ita lynceus est ut non aliquando labet atq; cecutiat: q si genuina quadā excellentiq; prudentia preditus princeps aliqñ reperiat: ut alieno consilio nō egeat tñ id faciat qd' sūmi nauiū gubernatores: q in magnis tēpestatibus a uectoribꝰ admoneri nō recusant. Cōsiliū bonū ut inquit uerissime. M. Varro & ei q cōsulit & qui cōsulit bonū habendū est: sicut ecōtrario. Malū consiliū cōsultori pessimū est: qui uersus prouerbialis de græco illo Hesiodi uersu expressus uidet. ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. i. consultum male consultori pessima res est. Amicum fidelem uitæ medicamentum esse prodidit Solomon. Quod si sancti & uenerabiles

Cōsiliarii prudētes.

Cōsilium malū cōsultori pessimū.

cōſiliarii/nō malitioſi neq; furaces principi cōtingerint:cuncta ſalubriter/ſancte/innocēter adminiſtrabuntur:Cum talibus princeps omnia cōmunicabit talium ſaluberrimis conſiliis libens obſequetur. Facietq; quod. M. Antoninus imperator:cuius memorabilis eſt illa ſententia:Aequius eſt ut ego tot conſiliū amicorꝝ ſequar:ꝙ ut tot tales amici meā unius uoluntatē ſequātur. Et ſane/ſicuti proditū eſt a ſcriptoribus idoneis:Melior ē reſpublica:& prope tutior:in qua princeps malus eſt:ea:in qua ſunt amici principis mali:Siquidē unus malus pōt a pluribus bonis corrigi. Multi autem mali nō poſſunt ab uno quāuis bono ulla ratione ſupari. Id qđ Homulius quōdā Traiano imperatori dixiſſe memorat᷑. Sed ſæpenumero:qđ dolenter dicēdū eſt:euenit/ut ſanctus/cautus/optimus princeps/uendat᷑/circūſcribaturq; ab īprobis cōſiliaribus:ꝗ excubare ſeſe ſimulātes in negotiis principalibus clāculū cuncta puertunt:Et cupiditate priuati emolumēti rectū ꝑuaricātes fumū precio uenditant:ut Priſci dicebant:digni prorſus:qui fumo ipſi puniantur:ſicut olim Thurinus ab Alexādro romano imperatore punitus eſt: Pręcone dicente. Fumo punitur qui fumū uendidit. Cæterum ſicut fidi cōſiliarii & prudentes audiendi ſunt: Ita aſſentatores/adulatoreſq; explodendi qui ad uoluntatem loquuntur omnia/nihil ad ueritatē. Prę ſtat inquit Antiſthenes/In coruos ꝙ in aſſenta

Snīa Antonini memorabilis

Fumo punitur ꝗ fumū uendidit.

Contra adulatores.

tores incidere:quippe illi mortuos/isti uiuos deuorant. Et sane adulatio prout clarissimi scriptorũ prodiderunt res est seruilis ac pernitiosa:In aula principum prope peculiariter gliscens uigensq;: perpetuũ ut inquit Curtius regum malũ:quorũ opes sæpius assentatio q̃ hostis euertit. Quo circa etiam atq; etiã caueant principes:ne aures assentatoribus patulas prębeant/neq; se adulari sinant. Multi enim gnatorum similes: qui gloriosum militem infatuant: Verba adulatorum mollia feriunt interiora uentris: Quippę adulator blãdus inimicus esse credit̃. Laudat Mamertinus Iulianum imperatorem q aduersus oẽs assentatorũ illecebras captionesq; munitus esset:quodq; ei a fucatis adulantiũ uenenis periculũ nullũ foret:Augustũ quoq; Cęsarẽ ex eo celebrant: quod adulationes indecoras represserit: de quo nõ minus uere q̃ scite dixit Oratius:Cui male si palpere recalcitrat undiq; tutus. Meminisse hoc in loco par est.id quod Pescenius niger dixisse quondam memoratur:Nam cum quidam illi imperatori iam facto Panegyricum recitare uellet dixisse fertur uerbum hoc dignum scitu relatuq;.Scribe laudes Marii:uel Hãnibalis:uel alicuius ducis optime functi. Et dic quid ille fecerit ut nos imitemur. Nam uiuẽtes laudare irrisio est:maxime principes:a qbus speratur q timent̃:qui p̃stare publice possunt:q possũt necare:qui ꝓscribere. Sed cum naturam uel bonam

Adulator blandus inimicus

Venena adulãtiũ.

fortuna plerūq; corrūpat: Accidit frequēter: ut principes magniloquentia adulato℞ sufflati uera credāt oīa esse quæ de se ipsis audiunt prædicari. Tūc Cristæ consurgunt. Et ut inquit Satyrographus: Nihil est qđ credere de se non possit: cū laudatur diis ęqua potestas: tunc adulatoribus arrident/ac blandiūtur: seueris/ignarisq; blandiēdi prorsus infesti. Sic olim Crœsus Solonē expulit p̄cipitē: quia blādiri nesciebat. Sic Dionysius Philoxeno acriter succensuit/minime assentāti. Infatuat nimirū hæc adulatio uitio℞ altrix & ueluti gangrena serpens latissime intra limina potentiorū: & hæc hactenus.

Solō explosus.

Adulatio ut gāgrena.

Præterea quis nescit principē fortitudine quasi muro septū ac uallatū eē debere: ut aīo subnixo erectoq; īperterritus/īpauidus/extrilidus cūcta regat ac moderet̄: nec terriculis uanis cōcuciatur: nec muscas/ut aiunt/uolitantes pertimescat. Propria est uirorū fortitudo: quę ex uirtutibus una peculiari quasi noīe uirtus nuncupatur. Est enim ex uiro uirtus appellata: perinde ac uirū fortitudo maxime deceat. ut auctor est Marcus Tullius. Andria apud græcos noīatur: quasi uirilitas: quāq̄ Plato etymon atq; interpretamentū aliunde deducat. Homerus duas regis uirtutes ueluti præcipuas probat: iustitiā. s. & fortitudinē: Cū sic inqt: Ille bonus pugnator erat dux optimus idē: quē uersum Alexander magnus adeo adamabat: ut eū censeret oībus aliis uersibus home/

Fortitudo ī principe.

Andria.

Versus Homeri optimus.

ricis anteponendum. Inter fortitudinis partes exigimus ut princeps nō minus ſit rei militaris q̃ ciuilis administrationis gnarus conſultuſq; :nec minus bellica laude q̃ urbica præpollēs. Hic locus me ſubmonebat/ut de re militari:& de imperatoriis uirtutibus non nihil diſſererē. Verū hac ad præſens narratione ſuperſedēdū: Cum aliquot ab hinc annos totum id negotium luculenta opinor diſertatione affatim explicauerim. Cæterū cum alia fortitudo in milite/alia in duce requiratur:Cum ſit alia animi/alia corporis fortitudo:tempeſtiuū erat hic quoq; pauca quædam inſerere:facientia ad robur corporis agendū & bonā habitudinē cuſtodiēdā:qđ imprimis preſtat gymnaſtica exercitatio:qua cuncta cōualeſcunt: Qua mēbra corporis fiunt uiridiora uegetioraq;. Scitum.n. illud eſt:Ad bonā ualetudinē plus exercitationem prodeſſe q̃ medicos:Sed ſuper hac quoq; parte in libello de felicitate diſſerui:Opinor ſatis diligēter ex doctrina medicoꝝ philoſophorūq;. Veꝝ ut quadriga uirtutū tota curriculū ſuū cōficiat. Quis inficiať. quis abnuit? principē temperatū ac cōtinētē eē oportere. Et cū tēperantia:quā σωφροσυνην greci uocāt quaſi prudētiæ conſeruationē:quę frugalitas quoq; dici pōt:ſit rōnis ī libidinē/atq; ī alios nō rectos appetitus/dominatio. Quid in principe p̄clarius eſſe pōt q̃ in maxima peccādi licētia nō peccare:frenare libidines/coercere appetitiones exultantes. Scipio

Gymnaſtica exercitatio.

africanus apud Liuiũ. Nõ alia inquit uirtute æque atq; téperãtia/& cõtinẽtia libidinũ gloriatus fuerim Alexander magnus arbitrabat̃ nõ minus opus re- giũ eẽ se ipsum uincere q̃ hostes edomare: qui cũ di/ lectã sibi ex pellicibus suis p̃cipue noĩe Cãpaspen nudã pingi ob admirationẽ formæ ab Apelle iussis set: Cũq; eũ pari captũ amore sensisset dono dedit eã. Magnus aĩo maior ĩperio sui: nec minor hoc fa- cto q̃ uictoria aliq̃: qppe/ut Plinii uerbis utar/ se ui- cit: nec thoꝝ tãtũ suũ/sed ẽt affectũ donauit artifici: ne dilectę qdẽ respectu motus: ut quę mõ regis fuis set/mõ pictoris esset. Quẽ magis admiraberis (inqt Seneca) q̃ qui ĩpat sibi: q̃ qui se habet ĩ potestate: Gentes facilius ẽ barbaras ĩpatiẽtesq; alieni arbitrii regere q̃ aĩum suũ cõtinere & tradere sibi. Veꝝ ne- quaq̃ satis ẽ ip̃m prĩcipẽ oculos/manus/uentrẽ/& q̃ infra uẽtrẽ sũt cõtinere/ac moderari: Sed ei circũspi/ ciendũ quoq; est/ut ministros oẽs habeat cõtinẽtes/ ac moderatos. Sæpe. n. prĩceps optimus/tempatissi- musq; infamat̃ ob improbos/ac neq̃ ministratores. Habeat itaq; princeps comptos exploratosq; mores dispensatorum/scribarum/cubiculariorum: aliorũq; in aula principali ministrãtiũ: nam ut inqt Epigrã- matista: principis ẽ uirtus maxima nosce suos quos nouerit egregie fideles: his res obeũdas cõmittere re ctissime põt. Sed plerũq; ĩ aulico famulitio/superbi/ furaces/iactãticuli cõspiciunt̃/qui se se ob hoc quia

Continẽ- tia Alexã dri.

E 3

principi seruiunt dominari ciuibus iure arbitrant̃:
Qui sui cõmodi causa perperã pleraq; moliunt̃: q
superciliosо fastu tumentes uideri uolunt se apud
principẽ suũ multũ posse ut non minus uere q̃ decẽ
ter dixerit Satyrographus:
Maxima quæq; domus seruis est plena sup̃erbis.
Et sane pleriq; principes extiterunt:qui cũ essent ci
uiũ domini/famulo℞ erant serui:ho℞ consiliis ho℞
nutu regebãt̃/p hos audiebãt/p hos loq̃bant̃. Talẽ
fuisse Claudiũ cesarẽ tradũt. Cui nõ amor/nõ odiũ
inerant nisi indita & iussa:qui famuliciis mancipa-
tus ac addictus nõ pricipẽ se sed ministrũ egit:cuius
libertus Polybius inter duos sæpe consules ambu-
Pulchre i labat seruiebat. E cõtrario Hadrianus iure laudat̃:
seruũ ha/ qui cũ quodã tẽpore seruũ suũ inter duos senatores
drianus. ambulare uidisset/misit qui ei colaphũ incuteret: &
diceret/noli inter eos ambulare:quo℞ esse adhuc po
tes seruus. Coerceat ergo princeps ac regat aulicã fa
miliã/ita ut nouerint se famulos eẽ nõ dños:ut sciãt
sibi frugaliter/abstinenter/innocenter esse uiuẽdũ.
Sit ipsum pricipis sigillũ annulusq; signatorius nõ
minister alienæ libidinis:sed testis uoluntatis prin-
cipalis:nec eo scribæ ad priuatũ/ut plerũq; fit/cõpẽ-
diũ abutantur. Deniq; oĩbus cognitũ exploratũq;
sit principi neq̃tias/fraudes/rapinas suo℞ displicere:
Eũq; talibus inimicissimũ si id cognouerit futurũ.
Ipse uero princeps nihil per impotentiã: nihil per

iniustitiam/nihil per crudelitatem/nihil per auaritiam agat/non odio/non gratia/non pecunia a uia recta transuersus deducatur/nihil per affectum iracundiæ impotentissimum furenter decernat:sed ratione ueluti domina/ducatur:Cunctatione ac consilii gubernatione cuncta perpendens:Nam ut inquit Claudianus. Diis proximus ille ē quem ratio non ira mouet. Habeant principes saluberrimum illud Athenodori documētum in penitissimis pręcordiis recōditum:qui petito ab Augusto cōmeatu iam iam discessurus. Cū ira:inquit:o Cęsar te ceperit nihil prius/neq; dixeris/neq; feceris q̃ ipsas uigintiquattuor elementarias litteras tecum ipse percurreris. Tūc Augustus eo manu apprehēso/adhuc inquit tua mihi præsentia opus est:Eumq; penes se retinuit. Audite quæso uersus non minus frequenti assiduoq; memoratu dignos q̃ philosophorū decreta documentaq;. Tu licet extremos late dominere p indos. Te Medus/Te mollis Arabs/ Te seres adorent:Si metuis/si praua cupis/si duceris ira: Seruitii patiere iugū:Tolerabis iniquas Interius leges:tunc omnia iure tenebis:Cum poteris rex esse tui.

Nihil per iracundiā

Preceptū Athenodori salutare.

Cæterum quāuis princeps legibus solutus esse dicatur:quāuis de principe dictum sit:si libet/licet: An nescis principem legem dare non accipere:Tamen bonus princeps non tam quid liceat sibi spectabit:q̃ quid deceat:nec.n.quod quisq; potest id ei

licet: nec si nō obstatur, ꝓpterea ei ꝑmittit̃. Si quidē
Licere q̃d licere id dicimus: ut docet. M. Tullius ī Philippicis.
Qđ legibꝰ, qđ more maiorū institutisq; cōceditur.
Vita principis exēplar. Platonis sententia ē, Quales in repu. principes sint, tales reliquos solere esse ciues. Vita principis: ut Plinii panegyristæ uerbis utar: censura ē, eaq; perpetua Ad hāc dirigimur, ad hāc cōuertimur: nec tā īperio nobis opus ē, q̃ exēplo: ꝓinde fit ut pernitiosius de repu. mereant̃ uitiosi prīcipes: qđ nō solū uitia cōcipiūt ipsi, sed ea īfundūt ī ciuitatē: neq; solū obsunt, ꝙ illi ipsi corrūpunt̃, sed ēt ꝙ corrūpūt: plusq; exēplo q̃ peccato nocēt: nā quāto q̄sq; maior ē: tāto eius dicta, factaq; sunt conspectiora illustrioraq;: Et ut inqt Satyrographus. Omne aī uitiū tāto cōspectius in se crimēhabet: Quāto q peccat maior habet̃. Prīcipi ergo q in cōspectu mortaliū uiuit: in quē oculi omniū cōiiciunt̃, cuius in clarissima luce uersantis nullū obscuꝶ pōt, nec dictū esse, nec factū, Circūspectius, cautius, sanctius uiuēdū est: ut eius uita ꝑ speculo sit cōtemplantibus: Et ꝑfecto non parū multa priuatis ꝑmittunt̃ q̃ minime prīcipē deceāt: īmo q̃ prīcipē dehonestēt ac īdecorēt: In quā sn̄iam ē illud ab Ouidio ī cōsolatione ad Liuiā decenter proditū.

Ouidius ad Liuiā.

Non eadem uulgusq; decent & lumina rerum.
Est quod precipuum debeat ista domus.
Ad te oculos auresq; trahis: tua facta notamus.
Nec uox missa potest principis ore tegi.

Concinit subscribitq; Nasonis carmini luculēta illa Claudiani & memoratu/ac scitu digna sentētia:

Hoc te preterea crebo sermone monebo.
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoscas:cunctis tua gentibus esse
Facta palam:nec posse dari regalibus usquā
Secretum uitiis:nam lux altissima fati
Occultum nil esse sinit:latebrasq; per omnes
Intrat:& abstrusos explorat fama recessus.

Versus claudiani

Apostolus Paulus in epistola ad Titiū:& altera ad Timotheum precipiēs qbus moribus episcopus preditus esse debeat. Oportet inqt episcopū sine crimine cē/nō supbū/nō iracūdū/nō uinolētū/nō pcussorē/nō turpis lucri cupidū:sed hospitalē/benignū/prudētē/sobriū. Quis non uidet hæc apostolica documenta fere omnia perfecto principi cōuenire/& in illo quē effingimus principe desiderari. Quæ singula si minutatim/& ut ita dicā frustillatim percēsere uelim/dies me deficiet. Equidē iā uereor nec hæc nauseosa & molesta fuerint cōplusculis audiētium. Quo circa faciā qđ bon9 impator. Iā canā receptui & instar nautici gubernatoris uela complicabo:& remis in portum festinanter excurrā. Scio plura dici potuisse ob materiæ largitatē:quæ prope infinita ē: quæ quāto plura dixeris tāto dicturiēti plura suppeditat: Sed utilissimus omnibus in rebus ē modus: & habenas pressisse q̄ laxasse plerunq; salubrius.

Eadē pricipi quæ episcopo.

Diximus hactenus de triplici forma administrãdæ reipu. Percẽsuimus illa fere oĩa: quę in prĩcipe optimo absolutissimoq; exigant. Qui si talis uspiã gentium fuerit reptus: merito quattuor illa cognomẽta merebit indipisci: ut. s. Pius/ Magnus Patriæ pater. Optimus/ ab oĩbus appellet. Talẽ oĩs populus delitias suas eẽ dicet: Sicut olim romanus populus Gordianũ appellauit. Talẽ cũcti amabũt ut parẽtẽ: uenerabũt ut deũ: Sub talis ĩperio uiuẽt q̃ beatissimi: Talis caritate ciuiũ septus erit: quæ arx inaccessa ẽ: & ĩexpugnabile munimẽtũ. Melius. n. tutet principem amor ciuium q̃ ferrum lateronum: nam ut inquit uerissime Claudianus.

Amor munimẽtũ firmissimum.

Non sic excubiæ: Nõ circũstãtia pila: q̃ tutat amor. Nõ sunt/ nõ sunt adamãtina uincula illa: quę Dionysius tyrãnus dictitabat/ metus/ Violẽtia/ Classis/ pręsidium decẽ milliũ armatorũ. Sed beniuolentia/ gratia/ bonitas/ innocẽtia. Da principẽ talẽ qualẽ libellus iste describit: huic affatim p̃sto erũt/ qui oculi regũ: q aures principũ apud ueteres dicebant: & cũ iucũdissimũ sit ĩ rebus humanis amari & amare/ hic amabit & amabit mutuis affectibus. Hic deniq; cũctos habebit/ deuotos/ fideles/ obnoxios nec minus de uita prĩcipis/ q̃ de suamet ipsoꝶ incolumitate sollicitos. Veꝶ. n. uero cũ difficillimũ sit/ & oppido q̃ arduũ inueniri principẽ talẽ/ ex oĩbus his: quæ retulimus cõpactũ & quasi cõglutinatum. Merito dixit

Adamantina uincula.

Oculus regis.

Dioclitianus impator. Nihil esse difficilius q̃ bene imperare. Et a scurra nescio quo bene dictum ẽ. In uno annulo bonos principes posse pscribi. Quis ẽ enim tã irreprehẽsibilis princeps qui nõ quasi ĩ pulchro corpore aut neuũ aut uerrucã habeat? Videor facturus operępciũ: si hodiernã hãc enarrationẽ uersibus clusero: a poeta luculento graphice/& cõcinniter factis ad principẽ in tuẽdũ: quos scribi debere cẽsemus pro foribus omniũ ædiũ principalium: quos habere principes cordi & memoriæ saluberrimum puto: Versus autem de quibus loquor: qui didascalici & instar protreptici probantur: hi sunt.

In annulo boni principes

Tu ciuem patremq; geras: tu consule cunctis
Nec tibi/nec tua te moueant/sed publica uota.
In commune iubes si quid censesq; tenendum
Primus iussa subi: tunc obseruantior æqui
Fit populus: nec ferre uetat/cũ uiderit ipsum
Auctorem parere sibi: componitur orbis
Regis ad exemplũ. nec sic inflectere sensus
Humanos edicta ualent q̃ uita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe uulgus.

Claudiani uersus memorabiles.

Superat ut ostẽderemus in romano impio hosce oẽs status: de qbus ante dictũ ẽ extitisse. Q̃d ut summatim & quasi trãseũter attingã. A Platone philosophiaq; didicimus naturales eẽ cõuersiones quasdã rerũ publicar̃ ut eæ tũ a principibus tenerentur: tũ a populis/aliquãdo ab optimatibus: Q̃d potissi-

mum accidit romanæ reipu. quæ ut ſublimibus in cremētis augeret̃ uirtus & fortuna plerūq; alioqui diſſidentes mutuo cōcordiæ nexu conuenerūt: & ita factū eſt: ut populus Romanus uirtute/ac fortuna ſimul ſuffragātibus: Virtus. n. ſine fortuna māca eſt & mutila: ad ſummū faſtigiū peruenerit. Cuius prima ętas & quaſi incunabula ſub ſeptē regib9 annos ꝓpe. ccl. fuerūt. Dein ætatē ingreſſus adultā modo ſub Ariſtocratico mō ſub Democratico ſtatu/uires exercuit & lacertos mouit ꝑ annos circiter. cccc. Tādē poſt gētiū/nationū/regū ceruices oppreſſas. poſt ſubactā diutinis bellis maximā orbis terraꝝ partē: Vrbs uenerabilis Cæſaribus tāq̄ liberis ſuis regenda patrimonii hoc ē imperii romani iura ꝑmiſit. De quibus Suetonius Trāqllus unus oīum cōpoſitiſſime diligētiſſimeq; cōſcribit: Cuius libros multiiuga: nec triuiali eruditione ꝑgnātes ſcaturiēteſq; una cum commentariis noſtris hoc anno enarrabimus: dabimuſq; operam/ ut edulia noſtra nouis condimētis cōdita/faciāt ad ſtomachū: ſintq; citra nauſeā/ & ſacietatē. Trāqllo copulabitur Oratius Flaccus: Cuius ſermones nō minus frugiferi q̄ uoluptifici futuri ſunt animis auribuſq; auditoꝝ purgatioribus.

Virtus fortuna.

Cæſares tanq̄ filii.

τελοσ.

Impreſſum Bononiæ per Benedictum Hectoris Bibliopolam Boñ. anno Dñi. M. IIID. Eid. Decemb. Io. Bētiuolo feliciter regnāte.

Regestum.


A.iiii. B.ii. C.iiii. D.iiii. E.iiii. F.ii.





aeceptum patris. t iterum venturus e

cū gloria iudicare uiuos et mortuos cuiꝰ

...nus. t ĩsspantũ factũ dñi